



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.


Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>

Digitized by Google

28
40 Days Spec. 68.176

R



DANIELIS GEORGII MORHOPI,
STENTOR ΥΑΛΟΚΛΑΣΤΗΣ
 sive
de Scypho vitreo

per certum humanæ vocis fo-
 num fracto

ad

p. cl.

DN. JOHANNEM DANIELEM MAOREM,
 Professorem Medicum Celeberrimum, Primarium,
 Collegam honoratissimum,

DISSERTATIO.

quā soni natura non parum illustratur

Editio altera priori longè auctior.

KILONI

Literis & Sumptibus Joachimi Reumannii, Acad. Typogr.
 etc loc LXXXII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

PRÆFATIO

ad

BENEVOLUM LECTOREM.

Ante hos decem annos, & quod ex-
currit, de Scypho vitreo, per certum
humanæ vocis tonum fracto, (cujus ego
experimenti, sanè rarissimi, spectator fu-
eram) epistolam in lucem edidi, instigan-
te Viro Clarissimo, Collegâ meo honora-
tissimo, Dn. JOHANNE DANIE-
LE MAJORE: cuj⁹ voluntati lubens
tum obsequi volui, utut non eâ doctrina
instructus, quam ad nature arcana ex-
cutienda, ingeniosior aliquis requirat.
Etsi autem non istâ fini scripseram, ut me
in his studiis efferrem, quibus seculi hu-
jus ingenia omni contentione incumbunt:

*A 2**non*

non defuerunt tamen Viri Clarissimi,
 quibus tenuis hæc opella nostra non pro-
 batat tantum, sed & impensius, quam me-
 rebatur, laudata fuit. Eodem anno,
 nescio quis, (nomen enim non apposuit) in
 Linguam Belgicam convertit, ac Am-
 stelodami edidit, interspersis passim no-
 tulis, satis quidem concinnè, nisi quod in
 nonnullis mentem meam non satis asse-
 cutus, & in ipsâ experimenti historiâ de-
 fracto personum diapason vitro, differ-
 tiat; quâ de re in ipsâ Dissertatione plu-
 ribus agetur. Prodiit hinc Celeberrimi
KIRCHERI Phonurgia, Opus, quo
 varia circa sonum experimenta institu-
 untur, & ab aliis notata examinantur.
 Illic & hujus experimenti & Epistolæ no-
 stræ

5

stræ honorifica quidem mentio facta; sed tamen de rei veritate subdubitare videatur, cum ait: Causam hujus rei anxie sà ne inquirere conatus est, eruditus Vir, Daniel Georgius Morhofius, in opusculo supra citato. Sed adhuc sub iudice lis est, cō pluribus id tentantibus quidem, sed non cum eo quem sperabant successu. Putat itaque Vir Cl. in vitrei vasis amplitudinem, capacitatem &c. amplius esse inquirendum. At verò nullâ hic dubitatione opus erat: ut appareat non satis attento animo illum legisse Epistolam, in quâ historia omnis tam accuratè recensetur, ut nulla falsi species subesse possit: præterea & testes fide dignissimi laudantur, Viri Clarissimi, ad quos noti-

A 3 tia

tia hujus rei jam ante pervenerat. Ac laudat sane KIRCHERUS ipse aliud quoddam opusculum de eodem Experimento : Prodiit , inquit , non ita pridem in Bataviâ opusculum de ventricosæ ampullæ vitreæ rupturâ , sono vocis causatâ , inventore quodam Amstelodamensi Haflurgo , Opifice Vitriario. Quis ille Haflurgus , Quale opusculum hoc sit , cum ignarissimis scio. Non potuit omni curâ meâ indagari libellus iste , qui , ut ex anno editæ Phonurgiæ Kircherianæ conjicere licet , post Epistolam meam prodiit , si unquam , (nam dubitandi causa est) lucem aspexit. Neque enim Haflurgi illius nomen tum , cum Amsterodami viverem mibi innotuit , neque

neque post ab amicis, quibus id negotium dederam, investigari potuit. Unicum omnes exteritum salutabant vitrorum expugnatorem Petterum. Imò si fuit aliquis Haflurgus, Opifex Vitriarius, inventor ille hujus experimenti non fuit, cum dudum ante hunc Petterum & aliis idem feliciter tentatum fuisse in Dissertatione meā notaverim. Fuerunt & alii qui in Dissertationibus Physicis suis passim hujus epistolæ nostræ mentionem fecerunt: ac ante biennium Bononiæ sermone Italico librum de Sono & tremoribus Harmonicis doctissimus Vir, ac pluribus scriptis argutissimis literato orbi cognitus, DANIEL BARTOLI, è Soc. Jesu, publicavit. Qui oportunam illuc

*illic in hoc experimentum inquirendi
 occasionem natus tratt. 3. cap. 8. omnes
 in partes illud versat, & compluribus ali-
 is tum ratiociniis tum experimentis illu-
 strat, bonâ quoque eorum parte, quæ
 in Epistolâ nostrâ habentur adducta; in
 quâ tamen aliquid desiderare visus
 est: nam rationes è principiis Philosophiæ
 Democritæ adductas fastidit. Sunt
 verò hæc ejus verba: Io havea scritto
 fin qui, nè altro mi rimaneva che ag-
 giugnere: quando mi si die', dopo
 lungamente cercatolo, à vedere un trat-
 tato, sotto nome di Lettera di Daniel
 Georgio Morbof. de Scypho Vitreo per
 certum humanæ vocis sonum rupto. Let-
 tolo avidamente, ne gjudicai dotto l' Au-
 tore*

tore , e l' opera piena d' eruditione e
d' ingegno. Vidi in essa hauerui del favo-
revole , e del contrario a me , oltre al fi-
losofare , ch' egli adopera , didotto da'
principi d' un tal moderno sistema De-
mocritico riformato ; che a me non va
punto pel verso . *Hujus Viri elogiis ut
non parum afficiar , ita candidam ejus
censuram non subterfugerem , si nos do-
cere rectiora posset Vir Clarissimus .*
*Neque enim ullà mentis contentione ex-
plorari causa potest , quæ nos veri ali-
cujus umbrâ pascat ; nisi ad minutissi-
mas corporum particulas , earum textu-
ras , pororum figurentes , aeris , aut ma-
teriæ subtilioris elaterem configiamus .*
Quæ tamen omnia ad soni & tremorum

B

bar-

harmonicorum rationem requiri ipsa
ratio dicitat. Cum enim nullo tono
clamantis diffono, utut validissimo,
commoveri ad sonum vitrum posit,
confono autem, etiam leviter impellente,
sonet, & intensiore frangatur; non im-
pulsu externo, sed interiorum vellicatio-
ne particularū, per undulas aëreas vocis
humanæ, certo occultoque aditu admis-
sus & sonum formari, & vitrum frangi
apparet. Qui alio quam confono tono
vitrum se rumpere posse putat, næsis fau-
ces sibi & guttur citius ruperit, quam vi-
trum. Nam quod Daniel Bartoli clamo-
re etiam diffono Scyphi vitrei orificio
impacto, illud confregerit, id puto alia
ex causâ, nimiâ sc. vitri tenuitate, aut
non

*non satis solidâ compaginâtione, ortum.
 Qualia vitra, præsertim tenuiora Veneta, eo enim usus fuit, vel ad occursum
 aëris frigidioris diffilire possunt. Ipse
 quidem non ignoro, in causarum inquisi-
 tione, ad has ratiunculas, è minimorum
 situ, nexu, figura petitas, multos tan-
 quam ad sacram anchoram configere:
 qui tamen his argutiis nihil plus sæpe
 præstant, quam formis suis & qualita-
 tibus Peripatetici, & majore in illis ja-
 glantiâ & σοφιστâ, quam operâ versan-
 tur. Sed tamen non relinquenda omni-
 no est illa sensuum via, soloq; ingenio
 standum. Sequi enim naturam, quo-
 usque licet, oculorum acie debemus, in-
 genii acie, ubi oculi fallunt, in subsidium*

vocata, quæ tamen alteri illi sensuum
viæ sit παράληλος, & naturæ deficien-
tis vestigia eodem gradu insequatur.
Falsus itaque omnino est Vir doctissi-
mus, cum negat componi vitrum ex ar-
millis rigidioribus, quæ è compressione
frangi possunt, ut in Epistolâ meâ scri-
pseram: nam ipsa rei evidētia ostendit,
non aliis quam talibus particulis vitrum
concrescere: cum in fila tenuissima ri-
gida, per se, sine sufflatione extendi in of-
ficinis videamus. Flatus vero artificis il-
las armillas, in latitudinem præterea
quandem diductas, peripheriæ globi isti-
us aërei, per impulsum in orbem continu-
um moti, sibi mutuò impositas, quasi cir-
cumponit, & certam tum particulis

ve-

vehementiâ flatuſ tenuitate expansio-
 nis configurationem, tum toti vasi figu-
 ram, & quæ hæc omnia consequitur, ten-
 sionem & ſonum largitur. Vim certè ſen-
 ſibus ſuis faceret, qui imaginaria hæc &
 commentitia haberet: cum ita rem ſe-
 habere vel microſcopiis aliquâ ex parte
 deprehendi poſſit, & quæ viſui imper-
 via, intelligentiæ vi colligimus, neceſſa-
 rio cum ſensibilibus nexus copulentur.
 Nulla itaque cauſa eſt, quæ à ratioci-
 niis, quibus in Epifola meâ uſus eram,
 me dimovere poſſit, debeatve. Permo-
 tus ergò hâc occaſione fui, ut denuo au-
 etiorem hanc diſſertationem ederem,
 præſertim cum dudum diſtractis priori-
 bus exemplaribus, illam ſæpe flagitarent

*amici, & Vir Cl. Frommannus in opero-
so illo de Fascinatione volumine lib.
3. part. 3. scct. 2. cap. 3. §. 4. de ejus rari-
tate queratur. Ne autem longior pro-
modo Epistolæ, post accessiones istas, vi-
deretur dissertatio, in capita tribuimus,
singulisque lemmata sua præmisimus, ut
in oculos omnia distinctius incurrerent.*

Vale, Benevole Lector, &

--- Si quid novisti rectius istis
Candido imperti, si non; his utere mecum.
Dab. è Museo meo. ipsis Kal. Decembr.
A. cIc Ic LXXXII.

DANI-

os (ij) 50

D. G. MORHOFL.

De Vitro per vocis fo- num rupto.

ad V. Cl.

DN. JOHANNEM DANIELEM MAJOREM.

DISSERTATIO.

CAPUT I.

Occasio bujus Dissertationis. Historia Experimen-
ti Petteriani. XXV. Scyphi dimidiâ borâ per fo-
num fracti. Scybus bis fractus. Petteriars luctatoria.
Affectione variarum vocum. Testes experimenti àu-
lōπτης, M.Dux Etruria. Thevenotius. Experimentum
Societati Regiae Anglicæ propositum. Experimentum
novissimum. Tuba sono vitri sonus provocatus. Non fa-
cile frangitur. Tibia sono cur non afficiatur? Mistura
tonorum in vitro. Portiuncula orbicularis è vitro ex-
cussa. Aditus ad investigationem rationum.

Cum non ita pridem inter nos sermo incideret, de
Vitro sono vocis humanæ fracto, cuius ego rei
nuper àułόπτης testis fueram in Belgio, pete-
res-

resque, Collega honoratissime, ut experimenti rarissimi historiam accurate consignarem; libens voluntati tuae obsequi volui: eoque cupidius, quod me & mutua, quae inter nos est amicitia, vehementius impellit, ac ista rerum naturalium studia, quorum ego suavitate mirificè afficio, blandius invitant. Ab ovo itaque rem omnem ordiar, nihil prætermisurus eorum, quae vel fidem facere experimento, aut lucem causæ, si in eam inquirere animus fortè fit, afferre queunt.

Cum Amsterodami viverem, perveni ad notitiam *Iodoci Plumeri*, qui celebris ejus loci bibliopola est. Is primus, nescio quâ datâ occasione de Oenopolâ quodam *Nicolao Pettero*, habitante in plateâ, *de Princen Gracht* dictâ, sub insigni *in de Gustavsburg*, qui scyphos vitreos voce suâ frangere possit, mihi narrabat. Cum mirum id mihi ac insolens videretur, urgere Biblioplam non destiti, ut me ad hominem illum deduceret. Deduxit: cumque de experimento me præsente faciendo rogaret, produxit ille scyphos aliquos ventricosos vitreos, pedibus nodosis, quos vulgo *Römer* vocamus, sed qui pintæ mensuram non excedeant. Eligebam, ipse, (quod voluit, ne forte dolum subesse suspicarer) aliquem, qui validissimus mihi videbatur. Tum is, explorato primum ejus tono mihi tenendum porrigebat, oreque mediæ parti admoto, voce quæ ad diapason (ut tum

tum mihi videbatur) vitri superabat tonum, insonabat. Consonabat statim vitrum pené ad stridorem usque, & tremorem ejus manus mea sentiebat. Quam cum ille vocem non interruptam longo pneumate continuaret, cum strepitu frangebatur vitrum, ita quidem ut ruptura orbicularis obliqua per ventrem scyphi ipsosque pedis nodos ex adversa oris parte transiret.

Daniel Bartoli, qui in libro *del Suono tratt. 3. c. 8.* idem experimentum proponit, ait, se Cornelio Meiero Belga periculum faciente, observasse: voce intra quatuor plausus musicos continuata, rupturam insecutam. Qui vocem tam validam non habet, ut ad hanc mensuram sine variatione extendat, cum frustra laborare judicat.

Succedebat Pettero & in aliis scyphis res. At mihi idem tum tentanti, cum vox esset obtusior, atque ob affectationem varia & inconstans, defuit eventus. Sæpe accidit, ut, cum clamore ad stridorem usque provocarem vitrum, illeque instaret, ut ukerius vel tantillum vocem producerem, (jam enim proximam rupturæ momentu dicebat) spissita mat. subito destituente, omnis labor in irritum caderet.

Facile tum videbamus in quo experimenti ratio con-

ligeret, quod et ipse non negabat Oenopolia, in aqua-
zare sc. toni, quam quidem adeo accuratam requiri ille
jebat, ut si vel commate integro, aut dimidio variaret,
irritus futurus sit effectus. Ille vero diuturno usu ita
vocem moderari didicerat, ut nunquam eventu frustra-
setur. Habebat & filium qui idem praestare poterat,
& quidem expeditius, cum vocem haberet acutiorem.

Convenierunt in aedibus ejus Viri quidam no-
biles, (ut interpres epistole meae Belgicus in notis suis
memorat) d. 10. Jan. Anno 1672, qui de XXV Scyphis a
Pettero intra unius horae spacium per vocem frangendis,
sponsonne se lacestriverant, eumque rogarunt, ut vires
& latera sua testaretur. Tentavit ille, vixque hora dimi-
dia elapsa erat, cum omnes illi XXV scyphi vitrei vo-
cis telo prostrati jacerent, quæ vel integræ officinæ vitri-
ariz stragem inferre potuissent. Quasi scilicet (ut JCti
ajunt, nihil magis naturale esse, quam ut eo modo solva-
tur, quo ligatum aliquid est) natura ita sapienter hoc ordi-
narit ut vitrum, quod flatu artificis illam formam
accquisverat, solo spiritu domari & constringi possit.

Illud vero memorabile est, quod lapidem Danieli
Bartoli loco supra laudato legitur: Cornelium istum
Mcierum, qui semel scyphum vitreum voce fregerat, re-
siduum istius scyphi iterata voce frangere potuisse. Quæ
certe.

centè vis fances validissimas requirit. Nam ut Autem ille
ait: Non omnibus datum est vitra fracta denuo voce
frangere: nam majoris vocis contentio requiritur; & de-
prehendi ipse debilem admodum sonum in vitri talis
frustro, cum clamore consono laceferem.

Sunt quotidie quos curiositas videndi experimenti
ad Petterum illum invitati, qui præterea artis luctatorix
peritissimus est, cuius ille principia accuratè deducta sin-
gulari libro nunc exhibuit. Potest & adeò diversas uno
codemque pene tempore voces edere, ut sex septem
in uno conclavi inter se vel eadem vel diversis linguis
rixari aut confabulari jurares, si ignarus foris ausculta-
res. Pervenerat ejus fama ad Magnum Etruræ Ducem,
cum apud Bataves hospitanotur, qui ad se vocavit ho-
minem, nec sine lauto mudere, postquam omnia de-
monstraverat, dimisit. (*Quæ Epistola mea prioris ver-
ba Joannes Cinellus in Bibliotheca sua volante, nra re-
cat, Florentia anno 1637. edita, excepit, et ipso testi-
monium narrationis meæ veritati perhibens.*) Testis iti-
dem οὐλότης aliquando fuit illustris Theyenotius,
sagacissimus omnium naturalium & mechanicarum ar-
tium scrutator, quarum ipse Pandectas à se aliquando
edendos meditabatur.

Accidit postea, cum in Angliam navigans Viros

illustres clarissimosque è Societate Regiâ compellarem,,
Boiliam imprimit & Oldenburghium, ac mentionem ejus
experimenti facerem; Cl. Dn. Oldenburgius ad Socie-
tatem deferret: in cuius illustri confessu, cum aliquan-
do admirterer, rem omnem exposui. Decretum ita-
que fuit, ut ejus veritas exploraretur: sed, ut re-
scivi, res non successit: fortassis quod non omnia requi-
sita observarentur. Tentavi & ipse aliquoties, sed ir-
rito semper conatu, donec tandem in vitro tenuori re-
sponderet eventus.

Novissimum deinde experimentum feliciter cessit
in calice è tenuiore vitro Brabantico confecto; qui è
formâ inferius cylindrica, superiori parte in convexum
crecebat. Extremæ ejus oræ circulus è vitro albo ope-
co circumponebatur. Observabam vero in extremo
margin'e vitri, infra circulum illum album, fissuram ali-
quiam tenuem, sed superficiariam, qualis forte acutiore
viro aut gemmâ imprimi poterat, quæ tamen nullatenus
impediebat vitri sonum. Cum itaque sonum eâdem
voce οὐολῶι lacerferem, ubi diu fauces valido clamore
exercueram, tandem cum minimè exspectarem, tensa æ-
qualiter aliquando voce, non usque adeò sonorâ & forti,
frangebatur vitrum, ut rupturæ initium à fissurâ illâ
primum rectâ lineâ procederet, hinc vero ad latus flecte-
tur. Quo argumento patet interiorum particularum

in-

- inter se luctantium motus, quæ erumpere parant, modo viam invenerint, quæ illis per hanc fissuram aperta fuit.

Cogitavi etiam, annon tubæ sonitu citius, quam voce rumperentur scyphi vitrei. Feci periculum: fed vel è viginti scyphis ne unus quidem fuit, cjuis diapason assequi potuerit tubicen. Infusâ itaque aquâ tonum moderabar, ut facilius assequeretur. Ac vidi aquam in vitro modice sonante leviter crispatam, cum eodem tono sonaret tuba: cum in dissonos tonos incideret, nec movebatur aqua, nec sonabat vitrum. At cum diapason sonaret, & tremorem in vitro clare sonante sentiebam (nam manu tenebam); aqua vero tanto impetu concutiebatur, ut per totam menam guttulae profluentes spargerentur. Et credo fractum fuisse vitrum, si diutius in tono illo subsistere potuisset tubicen; nisi forte aquæ nimia dissipatio vitri tonum variasset. Videbar & ad tonos harmonicos aliquem in vitro tremorem perspicere, sed exiguum.

Tentavit idem cum tubâ experimentum Daniel Bartoli, ac deprehendit longè fortius sonare vitrum, ad tubæ sonum æqualem, cum manu tenetur, quam ubi filo suspenditur: nunquam tamen ruptura subsecuta est. Putat enim cum vitrum vibrationibus tracheæ vicinus est, majoribus percussionibus feriri, quam-

cum fatus oris per tubam distenditur. Sed hâc de re vix aliquid definiri potest, cum ægrè reperiatur, tubicen adeò validorum laterum, ut per quatuor plausus Musicos distendere spiritum æquali ratione possit, licet invenerit vitrum, cui æqualis in tuba tonus respondeat, qui non semper est in potestate artificis, ob intervallorum saltus, è minimâ fatus variatione ortos.

Cum tibiâ sonarem, ægrè sonum aliquem in vitro dep̄hendebam: quoniam spiritus nimium est tenuis, & pe. varios exitus quasi disceptus, ut nec valide saltis, nec rectâ ferire vitrum possit. Accidit tamen aliquando, ut ad aliquem tibiæ tonum, sonus quidam æqualis, sed subordinatus (si ita vocare licet) ac secundarius in vitro responderet: cum non audiretur princeps totius vitri sonus. Quod mirum mihi visum est: potuisse aliquas superficies inæqualis crassitiei vel compactionis, (inde enim soni diversitas in vitris est). seorsim ita percelli ab aëris motu undulatorio, ut non consonarent reliquæ partes. Contra verò primarius vitri tonus nunquam audiabatur, quin consonaret alter ille sonus subordinatus, licet exilior, qui & variato præcipuo vitri per aquam insusam sono, eâdem proportione variabatur.

Ex ista inæquali crassitie aut compactione est, quod nonnumquam variè sonat in diversis partibus scyphus vitre-

vitreus, aut impurum edat sonum, quando duo soni audiuntur æquè validi. Quo casu qui clamore ruptus erat vitrum, tonum superiorē eligebat. Ab inferiori enim non frangebatur. Cujus ego causam existimō, quod in acutiore sono fortior aëris vibratio movendis in vitro particulis, eoque rumpendo magis idonea.

Memini narrare mihi filium istius Oenopolę sibi clamanti aliquando rotundam portiunculam è medio vitro in os proslisse. Quod nulli quidem causæ, quam in æquali crassitie, ut mihi videtur, adscribi potest. Potuit enim rotunda illa & tenuior vitri portiuncula per validam concussionem particularum vitri totius quasi elidi.

In reditu meo, cum Amsterodamum transirem, iterum Oenopolam adii, & mecum amicos duxi, ejusdem rei videndæ desiderio ductos. Qui non sine admiratione aliquot scyphos vitreos eodem modo confractos viderunt.

Habes, Collega honoratissime, quæ de hoc experimento observata mihi fuerunt, digna utique accuratiore aliquâ consideratione: non parum enim illustrant nobilem de sonis corporum doctrinam, cui explicandas tam præclara insudarunt ingenia. Hujus Phænomeni

mēni rationes inquirere operæ pretium est, quas te quidem præcipere (quæ ingenii tui sagacitas est) non dubito ; ut ineptus fortassis videri queam, si apud Te, accuratissimum rerum naturalium indagatorem , de rerum causis ratiocinari, ac in tuo foro sapere animum induxerim. Sed confabulēmur aliquantum : quandoquidem parva & chartæ & temporis jactura est : humanitas verò tua vel nuganti, ut spero, veniam dabit.

CAP. II.

Vitri tanquam subjecti consideratio premittitur. Ejus natura, fragilitas. Quæ sit ratio ductilitatis in metallis. Humore metallico sublato vitrificantur metalla. Humore alieno rigido metallis ductilis collata. Exempla adducta. An detur Vitrum malleabile. Coronum & Vitri Muscoviticæ à nostro diversitas. Campanella consilium de vitro malleabili reddendo. Vitrum nostri temporis malleabile è Velschio. Vitrum per lia quores chimicos flexibile redditur. Catena vitrea impune terra illisa. Alex. Tassoni de Vitro malleabili sententia. Monconisii & Fallopii modus, quo vitrum redditur flexible. Novum inventum de Ossibus emolliendis. Aliud de lignis, faeno &c. in pultem vertendis. Vitra cum carnibus cocta eas emolliunt. Vitra Medica.

VITRIUM MALLEABILEM ET FLEXIBILEM INVENTUM

11. 1

*Vitrum absque igne paratum. Memorabilis histrio
de aqua per pulverem inspissatione, & de gemmis ex
aqua confectis. Aquarum in lapides vulgares conver-
sio, inventum Anglicum. Crystallus an ex aqua? Mon-
tes Crystallini in Helvetia. Crystalli in locis subterraneis
istorum montium inventi. Aqua gutta, pili, festuca, cry-
stallis inclusa.*

PRIMUM itaq; vitrum, ipsum hujus Phænomeni subiectum videamus, quod P. Cherubinus in libro Gallico, de *Impermeabilitate Vitri*, pene in cœlum laudibus extollit, cum summo naturæ opificio, auro scilicet, hoc artis humanæ magisterium in contentionem adducens. Est vero corpus, ut notissimum est, ex arenâ, cinere & sale summâ caloris vi, per colliquationem compactum, jam crassius, jam subtilius, prout vel arenæ & sileces, vel sales & cineres variant, de cuius primâ inventione variâque misturâ pulchre Plinius lib. 36. c. 26. Aliquo humore constat, cum liquetur, sed modico ac tantillum viscoso, æqualiter tamen diviso. Unde ob siccitatem, talem rationem plexus sortitur, quæ ductilitatem ac flexibilitatem vix admittit, estque fragile. Ductilitas enim humidum admodum pingue requirit.

Exemplum in plumbo est, quod ductile est, quam diu humor ejus durat. Simulac autem vitrificatur; & hu-

D

mor

mor perit, & ductilitati fragilitas succedit. Videas & in argento vivo, quod per vaporem plumbi fusi leviter coagulatum vel solum lini oleum, si per tempus aliquod imponatur, malleo parere docet. Eandem ob causam ferrum mollescit, paulatim butyro vel oleo immersum, induratur verò, ubi urinæ & aceto immerseris. Idem è venâ recens facile liquatur, & instar aquæ decurrit, sed ægre funditur, ubi semel conflatum est: non parum enim humoris primâ fusione decesserat, remanentibus crassioribus particulis, quæ mollescere quidem flammis possunt, non verò ad fusionem disponi.

Videmus, cum mineræ metallicæ funduntur, partes sicciores, nullo humore metallico imprægnatas, quas scoreas vocamus, quæque ad vitæ naturam quodañodo accedunt, supernatantes. Illæ ubi frigore induruerint, fragiles existunt. Aqua fortis stanno affusa indeque iterum abstracta, ita obdurat stannum, ut fundi vix possit, ac vitro candido simile fiat. Cujus rei causa sali nitri adscribenda est, quo aqua fortis constat. Nam admistio salinarum particularum fragilem ipsi naturam induit. Hujus aut similis forte naturæ fuit Belus ille Phœnicæ fluvius, cuius tum Plinius tum Josephus meminere, qui arenam in vitrum commutavit: quæ arena vitrea postea alia quoque metalla, quæ attigerat, in vitrum convertit.

Ex

Ex adverso è ferro metallum formari potest, quod ad ferri naturam non redit, sed tanto ductilius est, & coloratius, quanto magis igne liquatur violento, ope cæmenti alicujus sulphurei, quod nova pinguedine ferri partes imbuīt, separatque molliores partes & coloratas à rigidioribus. Quod experimentum Ianè memorabile refert è Ferdinando Bouvota Berigardus in Circulo Pisano part. 4. circ. 25. p. 514.

Est itaque potissimum partem à sale fragilitas Vitri, cuius particulae rigidiiores sunt, quam ut ad flexionem corpus aliquod disponant. Quanquam salem dari flexiblem posse experientia suā testetur Cl. Borrichius libro de *Ortu & progressu Chemie*. Quare non sine causâ dubitant Merretus in *notis ad Antonii Neri artem vitriariam* p. 268. & Honoratus Faber *Tract. 7. Physic. lib. 2. prop. 68. num. 3.* an dari vitrum aliquod malleabile possit, ac fidem historiæ in dubium vocat. Quod cornua, ungulas, similiaque corpora attinet, ex quidem quâ perspicuitatem, vitri formam præ se ferunt, sed earum perspicuitas à vitrâ multum differt. Imo ipsum vitrum Muscoviticum ab aliis vitris arte factis diversum est: cum colliquabilitas, & friabilitas his competit; illud verò fissile sit, atque combustibile: cuius texturæ diversitas vel ex eo patet, quod colores per laminam, si crassior sit, non appareant. Nam cum inordinatio-

ejus corporis compages sit, tam tenues lucis modificatiōnes facile confunduntur. Ne quid dicam de fono, qui diversitatem texturæ statim prodit.

Quod historiam de vitro malleabili attinet, ei ego fidem temerē non derogaverim: nam aliud planē vitri genus fuit, ut rectē sentit loco laudato Borrichius, metallicum scilicet. Et sanè si verum est, haberi posse unctuosum illud metallicum, summē perspicuum, viscosum & incombustibile, quale jactant magni arcani Physici possessores, non equidem absurdum fuerit illud ita admiscere materiæ vitræ, ut malleo obsequatur etiam frigefacta. Quod unicè hactenus metalla præcipue præstantiora faciunt.

Campenella sanè in *Quæst. Physiolog. quæst. 3. art. 8.* conjiciebat: Si quis liquefactū vitrum Mercurio vel plumbo vel stanno liquefactis, nosset incorporare, illum posse fortassis etiam vitrum ductile ac flexible efficere. Quod verò perspicuitatem attinet, ne illa amittatur, ita rem institui posse existimat: Si metallum illud per calcinationes, sublimationes, & admistiones aquarum lavaretur, (posse enim opacum dilutum perspicuitatem assumere iudicat, ut saccharum post liquefactionem in aquâ siruporum redditur transparens), e. g. si quis Mercurium saepe lavaret, & ne exhaleret, argenti scobe, vel li-

quore

quore conglutinaret, & vitro fuso incorporaret perspicuum & ductile fore corpus autumat. Ita quidem Campanella, qui vereor ne spe sua frustretur. Me enim iudice, his lotionibus suis laterem lavaret, & omnes suas fornaculas citius rump̄eret, quam vitrum fragilitatem dedoceret. Male enim istis omnibus inter se convenire quilibet videt, neq; hac via quicquam effici, nisi aliā arcaniori arte Mercurius præparetur.

Interim tamen & nostro tempore non usque ad eū ignotum Vitrum malleabile, quanquam non constet quā arte paratum. Testis est ille Medicorum Germanorum ocellus Velschius *Hecatostea I. Observat. Physico-Medic. Obs. 42.* vidisse se Vitrum durissimum Chemicā arte productum, quod nullo modō diffringi poterat, opus Serenissimi Principis Sigismundi Electoris Brandenburgici, cuius exemplum ad Philip. II. Ducem Pomeraniæ olim detulit Philippus Heinhoferus, raritate eximia celebratum.

Caterunt & flexilitatem vitro aliquam parari posse absque arcani elixiris ope facile concesserim: nec desunt experimenta. Narratum mihi à fide digno Viro est, fuisse in aula Regis Poloniæ Casimiri Italum quendam, qui certo quodam spiritu vitrum frigidum ita subigere ac emollire noverat, ut numinos ex eo ac imagines formare,

& quaslibet imprimere formas potuerit. Ac audivi cum Londini commorarer, esse in Angliâ, quibus idem cognitum sit artificium. Verum id postea priorem fragilitatem recepit.

Patet tamen hinc non usque adeò impossibile esse vitro dare flexilitatem. Meminit Cardanus aliquo in loco catenæ è vitro confectæ, quam viderat impune terræ illisam. Sed flexilem fuisse non appetet. Putat & Alexander Tassonius, Vir doctissimus, in libro qui inscribitur *Pensieri diversi lib. 10. c. 26.* non esse tantam vitri flexilis inveniendi difficultatem, ac ab artificibus vitriariis Italî brevi fortassis in lucem protrahendum, quod tamen hunc usque in diem factum non memini. Docuit quidem etiam Monconisius in *Itinerario part. I.* p. 42. quomodo flexible vitrum fieri possit: scilicet, si molliatur aquâ aluminis, ac intus & extus allio illinatur. Sed vereor ne & hoc cum plurimis illic aliis congestis vota nostra fallat. Qui enim hoc postumum ejus Viri opus ediderunt, sine discrimine collectanea illa publicarunt, quorum fortassis accuratiorem delectum instituisset Autor, si supervixisset. Varia quoque miscere docuit Gabriel Fallopius *lib. 3. secretorum*: ad vitrum emolliendum, aquam ex adipे pedis equini, ejusque nervis & ossibus distillatam, sanguinem hircinum, anserinum, quibus vitrum candens immersum, vel coctione mace-ratum

ratum, mollem formam acquirat; quorum experimentum ipse non feci. Neque tamen planè à vero alienum est, posse Vitri partes à liquoribus certis corrodi & subrigi, ut ex iis, quæ infra dicentur patebit: cum & durissima ossa, intra vas nova nunc paratum, solâ cum aquâ coctione, ad mollitiem gelatinæ attenuari possint. Quod inculinæ & rei familiaris commodum, in fraudem vero canum, inventum, superiore anno ex Angliâ prodidit. Neque tamen adeo novum hoc videri possit, si vera sunt, quæ inter secreta Collegii Rosiani Petrus Mor-mius Anno 1630 prodidit. Is in libello magnifici tituli: *Arcana totius naturæ secrctissima, nec unquam hactenus detecta* p. 45. in arcano contra famem hæc habet. Sed *Esi penuria ingravescat, ipsa ligna, paleæ stramina per via concoctioni reddimus, ut pulles ex eis confectæ sufficienter nutriant.* Majus & incredibilius quid ille pollicetur cum ista alienissima ad palatum hominum accommodat & vel lapides, ut puto, vorare nos docebit. Sed hoc arte spagyrica illum effecturum credimus, nisi promissoris hic hiatus corvos deludat hiantes.

Id vero fidem excedere videtur, quod aliquibus traditur, vitrum per se rigidum, si cum carnibus coquatur, illas emollire posse. Testatur tamen id Berigardus *Circulo Pisano part. 2. circ. 27. p. 534*, licet causam ejus rei ignorare se profiteatur. *Non est dictu facile,*
in-

inquit, quid emittatur à vitro coniecto in ollam, in qua coquuntur carnes: tamen sapius vidi carnibus admisceri tres aut quatuor pedes scyphi vitrei, & tunc eas coqui multo facilius. Ac certè si vitra metallica tot ignibus torta tam mirabili modo vires suas dispergunt, ut Antimonii Vitrum: quis credat omni etiam virtute vulgaria illa destitui vitra. Velschius loco supra citato multa de Vitro Aegyptio Regio, quod Arabes in Medicinam adlumpseré, commemorat, cujus ille virtutes à vitri Nilotici in arena latitantis præcellentia dedit.

Quid verò videtur de Vitro absque igne parato? Quale confici posse ex ore illustris Viri Roberti Boilii didici, cum ad eruditissima colloquia sua me admitteret. Suis enim manibus se palpasse gemmas asseverabat, non per ignem, sed per aquam factas, ejus pulchritudinis, ut cum ipsis genuinis certare sibi visæ fuerint, quanquam duritiem eorum non exploraverat. Fuit tamen procul dubio materia ad vitri naturam accedens: fortassis & metallici aliquid subfuit, quod suspicari aliquis possit. Non ingratum tibi fore arbitror, Collega honoratissime, si integrum ejus rei, ut à Dn. Boilio accepi, recitavero historiam. Quanquam enim ad nostrum adeò institutum non pertinet: argumenti tamen raritas, cuius nunquam, quod sciam, fama ad orbis eruditæ aures pervenit (nec enim vel ab aliis, vel ab ipso Boilo quicquam

quam literis eâ de re proditum est) liberius divagantem excusabit.

Fuit Londini Peregrinus, qui in diversorio aliquo forte fortuna in colloquium Medici Angli incidit. Dum illi inter pocula confabulantur, peregrinus poculum aquâ plenum afferri jubet, cui pulverem albissimum inspergit, ac seponit. Post horam fortè cum abitum uterque pararet, Peregrinus quasi oblitus: At! at! inquit, videamus, quid aquâ nostrâ factum sit. Obstupuit verò Medicus Anglus, cum vidiit Aquam totam in solidam materiam conversam, cujus contusæ frustra aliquot Peregrinus Medico Anglo donaverat, à quo portiunculam aliquam (quæ tamen friabilis fuit) obtinuit etiam Boilius, quam etiamnum seryare se asseverabat. Accidit postea, ut idem ille Peregrinus Boilium adiret, & post multos sermones habitos, gemmas aliquas facticias (quas ipse tales dicebat) monstraret. Cum singularem earum nitorem miraretur Boilius, & quod adeò nullæ in iis conspicerentur ex igne maculæ; Peregrinus nunquam sensisse ignem respondit. Cum magis miraretur Boilius, subjunxit Peregrinus: Ex aquâ factæ sunt: specificum, enim pulverem habeo, qui certum liquorem in solidissimam substantiam potest convertere. Increbuit is rumor Londini & ad magnatum quorundam aures pervenit. Qui cum diligentius inquirerent; Peregrinus ne artificium prodere cogeretur, se subduxit,

Memorabilis profectò historia est, de cuius fide, cum tanto teste nitatur, dubitare nefas fuerit. Pulvis vero iste secretioris mihi videtur originis. Memini equidem legere me in Viri Clarissimi Thomæ Bartholini Commentario de Nive, de quodam, qui è nive salem parare noverit, cuius ope coagulari aqua potuerit. Sed ab isto talia non exspectaverim arcana. Id verò dubium injicere alicui possit, quare, cum primum injiceret, pulverem coagulatæ aquæ substantia friabilis remanserit: nisi fortè excedens pulveris quantitas obstiterit, quò minus soliditatem firmiorem acquireret aqua. Ac potuit fortassis aquæ coagulatæ pars demum in solidiorem substantiam alium liquorem convertere.

Nescio an ad hanc classem quoq; referre debeamus, quod nunc in Anglia inventum esse testatur Beccherus in libello Germanico, non ita pridem edito, de aquarum in lapides vulgares conversione, qui in formas quascunque pro libitu compingi possint, ut integræ structurarum moles inde educi possint. Nam promiserat artifex ille Regi: se portum opere tali lapidario exstructurum. Latitat alioquin in aquis & sub aquis interdum limus, qui extra aquam in durissimos lapides concrescit, ut constat ex observatione aliquâ Peirelcanâ & è Boilio in *Histor. Fluiditatis & Firmitatis sect. 78.* ubi de argilla viridi fluminis Amazonum, quæ aeri exposita in lapidem, abeat

abeat adamanti duritie æqualem, unde secures pro fin-
dendis lignis confici soleant.

Tale aliquod vitri ex aquâ confecti genus crystal-
lus esset, si vera est eorum sententia, qui è glacie vel ni-
ve oriri crystallos putant. Quam sententiam tamen
impugnari ab aliis constat, & præcipuè adductis argu-
mentis, post Matthiolum, Cardanum, Boëtium de
Boot, Agricolam refutat Thomas Broun, Anglus, idem
scilicet, qui libri de Religione Medici Autor est, in ele-
gantissimo libro vernaculâ linguâ scripto, & nunc
in Belgicam converso: *Pseudodoxia Epidemica* lib. 2.
c. 1. Nec moverent me Alexandri Rossæi ratiunculæ
adversus hanc Brouni sententiam in singulari libro ad-
ductæ, qui in Harveo, Bacone, Brounio aliisq; refutandis
interdum non felicius versatur, quam cum in Poëtas
virgulam illam censoriam stringit, quorum sensus sæ-
piusimè non capit: Nisi notabilis illa cujusdam Muralti
Tigurini de montibus crystallinis in Helvetia è perpe-
tuâ nivis ac glaciei conglobatione natis, quæ in Actis
Coll. Regii p. 982. habetur, relatio veterem sententiam
stabiliret. Cujus domesticum testem quoque habemus,
Joh. Jacobum Wagnerum, qui *Helvetia Curiosa* se ct. 1.
artic. 5. hanc Alpium glaciem inveteratam graphicè de-
scribit. Glacies illa, quam vernaculâ linguâ *Gletscher*
vocant, autor ille ait, naturam glaciei communis exuit,

ut pote quæ perennando duritiem crystallinam quodammodo induit; neque ad solem nisi longissimo tempore solvitur. Vero simile itaque est per seculorum aliquot tractus in veram crystallum consolidari glaciem illam posse. Cujus non contemnendum esse documentum potest; quod è literis Urstii adfert. Gul. Fabr. Hildanus *Observat. Chirurg. cent. 4. obs. 22.* Miserat ille Fabricio fragmentum lapidis in Neostadiensium Alpium perpetua nive ac glacie tectarum locis subterraneis reperti, quem ille ad crystalli naturam, quamquam non tanta ejus durities, accedere judicabat. Imò ex aquâ crystallum primum concrevisse, ut & alias gemmas, tum Nicolaus Steno, in *prodromo Dissertationis de solido intra solidum*, tum Robertus Boilius *libro de gemmis* ingeniosissimis ratiociniis demonstrare laborant. Præterea non leviter hanc sententiam confirmant observata Laurentii Pignorii in *Symbol. Epist. 15. de guttula aquæ, pilis, festucis, musco virenti, crystallino lapidi inclusis.* Quibus geminum quiddam Nierembergius *Hist. Nat. lib. 16. c. 21.* recenset.

C A P. III.

Vltrum esse porosum. Quæ ejus textura? è Cartesio & Nulando. Iſ. Vofſii. argumenta aduersus porosita.

sitatem Vitri. Ab illo diffensum. Corporum divisio
in simplicia & solida non recte instituta. Porositas non
repugnat soliditati. Solidissima multos habent meatus.
Ilorum mira & incomprehensibilis subtilitas. Compa-
ratio ex Aristotelis problematibus non inconcina. Ut
opacorum lamelle sunt perspicua, ita perspicuarum la-
mellarum corpora coagmentata opaca. P. Cberubini
argumenta examinantur. Filorum vitreorum flexi-
tas potius porositatem, quam impenetrabilitatem vitri
probat. Aer crassior extrabi è vitro potest remanente
atbere. Aer multa corpora etiam porosissima non per-
vadit. Et liquores certa corpora funditus penetrant.
Bulla aërea ex ipso vitro extracta. Conservatio diutur-
na rerum corruptibilium in Vitro evacuato. Vitra li-
quoribus, caponum fermento stomachico, comminuta.
& corrosa. Gemma adulterina adspersa aquâ forti
maculam contrabunt. Aqua vitrum transfudans. Mus-
ca in porulis vitri an pedes figant. Distillatio fri-
gida per nives. An argentum vivum & liquores Chi-
mici vitri meatus pervadere posint? ejus rei experimen-
ta. Radii solares in vitrum incidentes non impene-
trabilitatem sed porositatem vitri probant. Vitri mea-
tus per sonos, etiam in vitro evacuato excitatos, & per
magneticorum motuum transmissionem evidentissime
probantur. Flatus artificis & aër externus ad textu-
ram partium vitri multum confert. Roberti Hoockii laus.

Ruptura lacrymarum Vitri orbicularis. Vitrum solidum ad affictum levem fractum. Venti Boreales & aer serenus vitri & metallorum fusioni commodi. Aeris ambientis vis in metalla. Aer intra vitrum detentus. Unde motus interiorum partium. Ex illo motu geminis adulterinis macula. Etiam genuinis interdum.

Sed mittamus mysteria & ad quotidiana nostra revertamur. Vitrum nostrum, ut diximus, ob minimarum particularum plexum fragile est. Quæ ipsa fragilitas satis de poris vitri testatur, quos negatum ire aliquos miror. Cartesius ideo fragile dicit: quia superficies, secundum quas ejus particulæ se invicem tangunt, sunt admodum exiguae & parvae: in punctis enim duntaxat se contingunt. Quod si Nulandum Cartesianarum Hypothesij impugnatorum audimus, is p. 51. element, *Pbysic.* vitri particulas ait constare figuris magnum vacuum admittentibus, invicem tamen firmiter connexis. Vacuum enim in rerum naturam reducere laborat. Spaciola itaque aliqua in vitro concedamus necesse est, quæ si non planè vacua, aërem tamen aut æthera inclusum habent. Nec profectò particulæ vitri heterogeneæ, unde componitur, adeò aptari per ignem accuratè possunt, ut non figuræ aliquæ in extremis remaneant, ac aliquæ vacuitates.

Scio

Scio quam inter se hic digladiantur, Viri Præstans-
tissimi, illis impenetrabilitatem, aliis penetrabilitatem.
Vitri adstruentibus. If. Vossius in *libro de Luce cap. 6.*
vitrum, aquani & eximiè pellucida corpora carere poris
omnibus contendit, quia non ex corpusculis sed ex con-
tinuâ & uniformi consistent materiâ. Corpora ille distin-
guit in fluida & solida. Fluida corpora illi sunt, quæ
non habent consistentiam: Solida vero, quæ eundem fer-
vant partium situm, etiamsi moveantur. Illa iterum di-
vidit in simplicia & composita. Simplicia solida sunt
illi corpuscula, è quibus composita solida fiunt, & in-
quæ viceversa dissolvuntur. Jam verò ait in confessio
esse talia corpuscula poris carere, si enim non careant iis,
non esse simplicia, non solida, denique non corpora.
Harum rationum vim me planè non capere fateor,
Fluida corpora à solidis distinguuntur solâ consistentiâ;
Ideoque minima ita utrinque oportet esse figurata, ut in
illis facile mobilia, in his non sint. Solida si sint sim-
plicia, è quibus solida alia componuntur; jam scire ve-
lim, quo in ordine vitrum habeat: certè inter simpli-
cia non referet, cum è trium potissimum corporum par-
ticulis componatur. Si inter composita referet, ut cer-
tè referre debet, ac è simplicibus illis solidis compactum
velit, scire velim an corpuscula illa simplicia solida, si
sint, ita inter se jungi possint extermorum figuris, ut o-
mnis aeri vel ætheri via præclusa sit. Planè enim
non

non video vim hujus argumenti quo utitur: *Si interstitia
qua meatus separant non sint solida, ubique erunt meatus,
nihilque erit in rerum naturâ corporeum.* Nam si
interstitia sunt, quomodo solida esse possunt. Quæ de-
nique ratio cogit me credere, nihil esse in natura cor-
poreum, si ubique sint meatus. Sunt enim corpora,
licet meatus suos habeant. Neque illud proprio corpus
dicendum est, quod omnibus meatibus destituitur. E
missionis enim ratione major minorve soliditas depen-
det. De Corporibus vero etiam solidissimis verum est,
quod Berigardus in *Circulo Pisano. part. 6. circ. 15.* ait.
*Corpora solida meatus babent innumerabiles tenuibus
aliis corporibus refertos. &c. in Part. 4. Circ. 25. Substan-
tiæ simplices, dum aliae aliis adhaerescunt, relinquunt exi-
guæ quedam spacia plena corpusculis aliis ad concrescen-
dum inutilibus, quos meatus poros appellant, conspicuos
guidem in multis, in plerisque ob exiguitatem occultos.*
Non satis solida illa argumentatio est: Si vitrum ubi-
que meatus habet, sequitur, ut vitrum nullas partes so-
lidias habeat, ac si pori ubique sunt, nusquam erit vitrum.
Ea enim subtilitas meatuum esse potest, ut non nisi sub-
tilissimæ substanciæ luminis & ætheris pateat, ea denique
compositio partium, ut ordine tali cohæreant, qui
transitum certæ substanciæ particulis præbeat, reliquas
omnes excludat. Qui licet sub dimensionem nostram
non cadat, tamen è conjecturis certis, colligi potest.

Non

Non sane inepta est, quæ in Aristotelis Problematisbus
sect. 11. prob. 61. affertur ratio. Per vitrum, quod den-
sisimum est, transpicere licet, per ferulam, quæ rara so-
lutaq; est, non licet. In altero enim meatus respondent
inter se; in altera variant. Nec quicquam juvat am-
plos esse meatus, nisi rectè ad lineam positi sint. Illam
meatum reūtitudinē causam esse perspicuitatis, vel ex eo
apparet, quod, ut Berigardus loco laudato ait, nullū cor-
pus solidum tam sit opacum, ut si in tenuem lamellam
ducatur, aditum lumini non præbeat, tum enim meatuum
anfracto minores aliquem luci transitum concedunt; imo
egò addo: nullū corpus tam esse perspicuum, quin crassitie
nimiā, id est meatum obſtructione, fiat opacum. Porosum
itaque vitrum est, & minus solidum, quod vel ipsa
levitas extendit. Aurum sane nemo negabit iner cor-
pora esse solidissimum, quia gravissimum: quod tamen
porosum esse omnes agnoscent. Multò magis itaque
porosum est vitrum.

Mittamus Vossium, qui è perspicuitate Vitri soli-
ditatem potissimum stabilire voluit. Ante aliquot an-
nos P. Cherubinus singulari dissertatione Gallica *de l'im-
permeabilité du Verre*, eandem causam magno appa-
ratu egit. Cujus tamen rationes à me assensum extor-
quere non possunt. Quando enim ait, quod vitrum in
tenuiora & subtiliora fila, quam ipsum aurum, duci possit;

F

quæ

quæ in omnes partes sine ruptura flexilia ; arguant nullos illis filis esse poros : illâ ratiocinatione vehementer illum falli existimo. Inverti enim hoc telum potest. Ideo scilicet flectuntur fila , quod spaciola quædam illis insint, quorum adductione & remissione in varias se- partes versare possunt. In Auro, cum quo vitri ductilitas comparari nequit, ut statuit Autor, meatus dari ipsâ experientâ docemur : Multo magis itaq; dantur in vitro.

Operam præterea ludit , cum è singula- ri encaustæ cujusdam dexteritate , quâ in operi- bus minutissimis è vitri cujuscunque frustulis, sine ullâ ejus ruptura, conflandis utebatur, vitra impervia judicat. Cum in auro, quod omni vitro longè tenacius & ductilius est, viarum ostia facile vel aquis fortibus, vel argen- to vivo pateant, quod illis quasi cuniculis subrepens, quasi compage sua solvit. Ac idem vitro fieri posse & supra ostendimus, & in sequentibus amplius probabimus.

Argutatur porro, si vitrum poris constet, in machinis pneumaticis, acré per sumnam vim extracto, novū per poros subiturū, quod tamen non fiat. In tubo item Torricelliano, existimat aërem poros vitri, si quos haberet, per rupturū, eo spacio, quod argentū vivum suspendit, cum tenuissimum fo- ramen, quale aciculæ puncturâ formari possit, argentum vivum præcipitari possit. Quâ de refusius agit in libro de vi-

Cox.

Cotniguitatis Corporum gallicè scripta part. i.c.7. Sed neque illo argumento quicquam efficiet. Primo enim, cui ignotum est, omnia corpora etiam porosissima ob implicationem meatuum aërem excludere externum posse: Nam vitrum non adò liberè ab aëre, facilius quidem à materiâ subtili vel æthere penetrari potest: non autem usq; adeò in hoc experimento Torricelliano. Naturalis enim illa aëris consistentia & gravatio non permittet, ut vel elabâtur vel intrudantur per poros particulæ, nisi vis compressionis major prævaleat. Ac memorabile sane est, quod de Robervallo apud Pecquet: in *dissert. Anat. de circ. sanguinis* legitur, vesiculas carpii flaccidas sed validè ligatas, in inani tubi Torricelliani spacio, validè fuisse inflatas, exiguo illo aere intra vesicas contento per e-laterem suum se extende[n]te, quæ vero statim admissi aëris externi pressione flaccescere visæ sunt. Quo patet suis se finibus continere aërem, & pro re nata premere, premi, dilatari: pro ponderis autem ratione tantum materiæ subtilis, vel ætheris, qui in aere, ut spiritus vini in vino continetur, quantum opus est, admittere, vel expellere. Imò frangitur nonnunquam vitreus ille tubus, cum delabitur argentum vivum subducto digito, per vim irruente vel aëre vel æthere, vacuum repleturo, ut accidit Valeriano Magno, qui occasionem inde arripuit, ut singulari dissertatione *de Vitro mirabiliter fracto* per longam argumentationum seriem fractorem Vitri esse

spiritum ostenderet. Quanquam sine hoc mysterio res non insolita explicari poterat: (nam & aquâ, dum tubo exsurgitur, per aerem reprelsâ idem contingit,) tamen mirè hic circa ordinatissimas è duobus centris fracturas ellipticas philosophatur, in minutis his supra modum operosus. E quibus omnibus colligit: Inclinationem partium ad continuationem, sive corporum ad motum, sympathiam, antipathiam, gravitatem, levitatem & alia ejusmodi naturæ esse spiritualis locomotivæ. Moverunt hæc aliaque dubia Henricum Morum, Philosophum sanè argutissimum, ut, explosâ omni illa vi aëris elastica, quam ad demonstrationem horum Phænomenorum adducunt sagaciores, ad principium Hylarchicum con fugeret, & similibus experimentis illud stabilitum iret. Ac fatendum sane est, in causarum investigatione plus subesse saepe difficultatis, etiam in minimis, quam cre dant Lyncei illi minutiarum speculatores. Quæ me causa aliquando impellebat, ut de *Principiis naturæ incognitis* commentarium meditarer, per omnia naturalis scientiæ capita demonstratus, sine principii alicujus incogniti subsidio, extricari nos his difficultatibꝫ non posse, ac nullam hunc usq; in diem sectam satis validos his nodis cuneos admovere. De lagenis evacuatis intra campanam urinatoriam fractis fusè Sinclarus lib. 2. dial. 5. p. 234.

Sed ista hujus loci non sunt. De vitri poris dicere
insti-

institueramus, quos inepte idcirco in dubium nonnulli vocant, quod aer difficulter eos pertranseat. Videmus aerem in tubulis metallicis, imo ligneis, adeò comprimi posse, ut globulum cum impetu foras pellat : cum corpora illa longè sint vitris porosiora. Nam sanè aer externus non potest omnium corporum meatus pervadere, & minus interdum, quam liquores & spiritus Chimici. Non penetrabit ille tot papyri folia sibi juncta, quot penetrant auripigmenti aquâ diluti corpuscula, in ultimo grandis libri folio, aceto albo ductas literas cœcas nigro colore infectura, de quo plenius agit Berigardus *Circulo Pisano part. 5. p. 573.* & Boilius *libro de nat. determ. Effluvior. p. 113.* Marmorata blandus liquor perrumpit, aëre externo excluso. Imo vero hospitari in vitri minimis aerem vel materiam subtiliorrem experimentis certissimis probarunt tum Robertus Boilius, tum Otto Gericke. Ac ille quidem in *Continuazione Experimentorum Physico-Mechanicorum experimento 9.* vidit bullas vitreas, aere plenas, sed Hermetice sigillatas, in vitro, cui aer extractus erat, in minutissimas particulas confractas, quod aer interior detentus viam sibi quereret. Hic vero in Experimentis suis Magdeburgensibus accurate præterea observavit, bullas aereas, effluvia aerea corporum, quæ odores ille vocat, è vitro vacuo, sed recenti, surgere, quæ tamen defierint, postquam aeri externo nullus amplius ingressus

datus: simulac verò machinula aliquot dies aperta stetit, ad extractionem bullulas illas iterum apparuisse. Quo patet per vim illam prolecta hæc corpuscula aerea è vitri meatibus, externum vero aerem non successisse. Legatur ille amplius. *lib. 3. cap. 8. p. 82.* Idem confirmat experimentum Valeriani Magni in libro de *incorruptibilitate aquæ*, qui observavit vitrum aqua plenum igni expositum bullas per aquam dispergere, quas ille per aerem poris immisum excitatas judicat. Quæ bullæ statim desierunt, ex quo vitrum aqua plenum aquæ in aheno bullienti imposuit: aqua enim poris vitri circumposita illos implevit, ne aer transiret. Unde verissimum esse apparet, quod ingeniosè Leibnizius in *Theoria motus concreti p. 11.* ait. *Quoties subtilia per rumpere per densa conantur, & est quod obſītat, formantur densa in cavas quasdam bullas.* Cujus eo in loco de bullis ut primis rerum seminibus abstrusa & subtilissima philosophia est: ubi Terræ ipsius basin, magnam aliquam bullam vitream (primum enim & postremum in naturâ ipsi vitrificatio) in tenuiores hinc bullas vitreas, aereas, aqueas abituram statuit. Cæterum evacuari ab aere illo crassiori vitrum posse, inq; illo res aeris fermento corruptibles longo tempore incorruptas servari posse, singulari libello *Experimentorum circa conservationem corporum demonstravit Boilius.*

Provocat amplius ad Chimicos, quibus vitrum, spiritus fortissimos indemnes præstet. Sed refutat ipsum & in hoc experientia. Ipsomet aliquoties vidi a spiritu acri ita corrosum vitrum, quo continebatur, ut spiritu effluente, vitrum in arenulas manu tactum abiret. Vidi à sola calce viva vitro servata ita intesta vitri spaciola vacua ut nulla arte potuerint eradi. Hinc facilis est adulterinas à genuinis gemmis discernendi modus, si aquæ fortis paulum saphiro factitio illeveris, insinuabit enim se poris liquor, & maculam vitrum metallo tinctum contrahet, cum nulla ejus in genuinam gemnam vis existat. Multa hic nos docere poterit nobilissimus Franciscus Redus in Experimentis naturalibus, qui illic plurima affert, quomodo liquores blandi vitium ex ipso vitro & crystallo traxerint: limpidissimi enim liquores albescunt à sale, ut ille opinatur, qui in vasis crystallinis efflorescens lapsu temporis illa corrodat. Quot ille globulos vitreos, solidos, vacuos, caponibus, columbis deglutiendos dedit? qui vel inpulverem comminuti fuerunt, vel notabili pondere imminuti, aut in superficie corrosi, à liquore in ventriculis illorum contento? Imo & Borelli extat observatio de perspiciliis ab oculorum acribus spiritibus perterebratis. Pertinet huc Dni. Hydden observatio, cuius meminit Borrichius lib. citat. p. 118. de globulis tenuissimis, quos aqua communis infusa penetravit. Legi aliquando in scripto Anglico, cuius Au-

tor

tornunc non succurrit, vitro exceptum grandinem, cum in aquam solveretur, magnâ sui pârte transsudasse. Eras. Bartholinus in dissertatione de *Poris Corporum* ex eo vitri pores demonstrat, quod humoribus perfusa superficies maderescat, quodquæ muscæ ac infecta perrepant. Sed ea ob scabram superficiem accidere possunt, non verò ob pores totum corpus permeantes. Ac probavit suo experimento Honoratus Faber superficiem vitri adeò levigari poliendo posse, ut in eo muscæ sistere minimè possint. Longè certius judicium esset, si verum est, quod idem assert Bartholinus, posse subtilissimorum spirituum minima effluvia ipsas etiam sigillatas, ut vocant, phialas vitreas permeare, quod deprehendere odore etiam licet. Denique nec glacies vitro admota frigus in illud transferre posset: nec alembico, vasi vitreo accurate juncto, superposita nix spiritus è vino provocare posset, ut per alembici rostrum stillent, absque ignis ope, quod Magni Ducis Etruriæ experimentum est, si poris suis destueretur vitrum. Adde his quæ de Mercurii per yitrum penetratione è Magnano, deque tinctoria ferri vitrum transsudante ad magnetis contactum, refert Schottus *Technica curiosâ lib. 5. p. 250.* Hæc in dubium vocare videtur Boilius in libello de *detectâ penetrabilitate Vitri exp. 3.* Nullatenus, inquit, cum iis sentio, qui putant vitrum facile penetrari posse, vel, ut multi volunt, à liquoribus Chymicis, vel ut quidam, ab argento vivo,

vivo, vel ut alii sicut ab aere nostro: cum opiniones iste experimentis illis non consonent, qua ad eas examinandas de industria peregi. Verum Daniel Bartoli libro toties laudato. tratt. 3. c. 7. testatur: Medico cuidam excellensissimo, quem noverat, id saepius contigisse, ut Mercurius vitro hermetice sigillato inclusus, calore balnei semper aucto, poros vitri sine ejus rupturâ penetrarit, crustamque ipsi circupo fuerit. Tum & Thomas Cornelius Consentinus in Epistolâ de Circumpulsione Platonica dë eadem re ita differit. *Sape ex ampulla vitrea sigillo hermeticō clausa, tenuissimi quidam liquores ad ignem exhalant, & nonnulli etiam chymici sales egrediuntur. Quia videmus quoque hydargyrum in aquâ Hygie, ut vocant, solutum per vitri pores exfundare.* Quæ sane tot testibus probata sunt, ut in dubium amplius vocari non possint.

Nolo ulterius immorari illis, quæ Autor Gallus è natura radiorum in vitrum incidentium argutatur, nam in ipsum potius hæc valent. Demonstrant sane specula istoria pertransire meatus vitri radios lucidos, & ob meatum obliquitatem in sphærica vitri figura, in columnum colligi, unde ipsa combustio sequatur. Quæ tam sunt manifesta, ut palpari penè possint. Multa ex illustris Boili libello de Penetrabilitate vitri, suis partibus applicat, quæ si quis recte inspicerit, nihil ipsius sententiaz

50

commodant. Illis ut immoremur, non est neces-
sum. Neminem puto de vitri meatibus dubitaturum,,
qui quidem novit, sonos per vitrum hermetice sigillatum,
etiam aëre exhausto, audiri, & magnetem interposito
vitro etiam vacuo ferrum ad se rapere. De sono expe-
rimenta multa à multis instituta sunt. Cicada vitro ob-
structo inclusa, cantu tamen aures ferit. Mersennus
in tubo vitreo aëris experte clare tamen campanæ so-
num & invariatum, audiri testis est. At Boilius, qui tot
eius rei experimenta fecerat, in *Continuazione Experimento-
rum Physico-Mecchanicorum*, exp: 41. audiri quidem
pronunciat, sed obtusius, & quasi è longinquō, ac cum
stridore aliquo. Otto Gericke idem pene testatur, sonum
quidem percipi, sed sine tinnitu, sib. aëris defectum..
At Bertus invento suo ostendit, in vitri vacuo, si mar-
culus ferreus ita campanæ aptetur, ut ad magnetis applica-
tionem attrahatur, campanam lapsu suo pulsaturus, sonum
clarissimè audiri. Quo uno experimento duplex aperitur
meatibus vitri via, disputationibus aliorum obstructa.

Cum itaque certum sit, poros habere vitrum, eos
habet & à primâ texturâ, quos tamen exiguos esse exi-
stimo, & sortitur à particulis aeris, quæ flatu ab artifice
impinguntur: non parum enim iste ad locationem parti-
cularum in vitro confert: quoniam & ipsæ per se aeris
particulæ facile candentes materiam & quidem pene-
tran-

trahit impulsus subeunt: unde inæqualitas superficii
in vitro est, & circularis aliquis positus particularum,
qui in complanato rectus est. Quin observavit jam du-
dum fissuras exiguae rectilineas in vitro per microsco-
pium Borellus. Hinc fracturæ rectilineæ plerumque
sunt, cum vitra crepant, ac velut ex centro quodam,
ubi urget confluxus aliquis particularum motarum, ac
erumpere cupientium, oriuntur: Quod fieri solet, in
loco, ubi granulum arenæ aut molecula salis alcali cer-
natur: Textura enim illic non satis firma, ac reliquis par-
tibus attemperata, portam aliquam aeri irruenti aperit,
unde incipit reliquias partes pervadere & laxare,
ut ex impetus inæqualitate vitra dehiscant. Orbicu-
lares verò fracturæ sunt, cum per sonum vocis humanæ
universalis iste particularum intestinarum per vitrum
sphæricum motus excitatur. Tales etiam,
in Vitro stillaticio observavit Vir doctissimus Hookeius
in Micrographiâ suâ observat. 7., quo nemo accuratius
hujus vitri phænomena sub examen vocavit. Optan-
dum verò esset, ut libri elegantissimi ex Anglicâ in notio-
rem linguam conversione, ad plures Orbis eruditî Cives
ejus fructus dirinanaret.

Est vero opere pretium & ad scopus nostrum ma-
xime facit, ejus rei rationem omnem perdiscere. Quare affe-
ram, quæ Hamelius ex illo in linguam latinam conver-
tit

tit libro de Corporis affectionibus l.c.7. Contextus partium exteriorum, arcuata, & forniciis instar erecta interiorum figura, omnium tensio, inflexio, laxior textura, vis denique elastica, qua partes compressa se se in statim sibi naturalem solent restituere, bunc mirabilem effectum procreant. Hac ita se babere hinc colligimus, quod cum una ex iis lacrymis cum tenui pelle coedint, & ictibyocollâ effet ab R. Hokio diligenter involuta, disrupto pedunculo lacryma sic contracta est, ut partes non dissiluerint, sed sum quaque suam servaverint, tumque in circulos penè infinitos divisâ est lacryma, & pars intima substantia magis spongiosa constare visa est, plures linea in punctum quoddam bujus velut medulla definebant, qui apex erat pyramidis, cuius basis erat circulus obtusioris partis maximus. Addit sub finem capititis idem Autor: Quod autem contextus partium, figura, & tensio pricipue sint bujus phænomeni causa. hinc etiam licet conicere, quod pile constat ex vitra candido (quod viridi fragilius est, & poris magis pervuum, nec ex fornace extractum in arcâ superiori, ut a via vitra reponitur) facile in partes dissilunt, ubi scalpellî, vel stylî apice celeri & reciproca motu perfricantur: nam partes præsertim interioris pile, aut vitri concavi, hoc celeri motu luxatæ, non vident amplius extiores continere. Et quidem mihi anno proxime elapsa ostendit D. Boyle vitrum solidum, crystalla purissime simi-

fusile, quod loci metu officium in variis partes diffusit. Illa omnia quanquam prolixiora, adducere volui-
mus, cum mirifice rem nostram illustrent, & ipso vitro
magis perspicuam faciant vitri texturam ex armillis rigi-
dissimilis constantem, partiumque ad facilem & circula-
rem precipue rupturam dispositionem. Quæ diversi-
tas partium vel ex eo apparet, quod fissuræ æ-
ris campani rectilineæ, vitreæ vero plerumque curvili-
neæ, atque ideo de circulari positi earum, forte & de-
alio motu undulatorio, quam qui in campanâ est, re-
stantur.

Præterea & externus ille aer, vel materia quædam
subtilior insinuare se vitro laborans, dum ex summo
illo calore in furnum mitius calentem seponitur, pluri-
mum ad pororum constitutionem adfert. Quod ap-
paret è lagenis illis vitreis, quæ frigidæ, thecâ suâ prio-
re, quâ candentes formabantur, includi recusant: cum
secus in metallis fiat, quæ ignita intumescent: ut videre
est è clave, quæ dum candet, seræ suæ foramen non
subit. Quare & ferrum candens non ita sonat ut fri-
gidum, & calidæ aquæ obtusior sonus est, quam frigidæ.
Notum est Murani ex alterâ littoris parte, e regione offi-
cinarum vitra minus confici posse, quod austrini illic fla-
sus dominentur, in alterâ vero optima confari, quia
borealis ventis illa loca exposita. Cujus hæc forte

ratio, quod, ut quidam Virrerudit̄ notarunt, faber aere,
 flante boreo, copioſor, & qui acidū quid continet,
 colligitur qui ad solidationem & ad sonum non parum
 tribuit. Ajunt enim hiberno tempore, ob salem
 in aere copioſorem, cum ipsum magis sonare, reſte Ham-
 lio de corp. animi. lib. 2. c. 4. n. 7. Intuit̄ & hoc Fi-
 rovantus in libro Italice ſcripto, cui titulus *Specchio del-*
ſcience universali. lib. 1. c. 19. ubi artem illorum vitriariam
 totam deſcribit. Sed tamen & aquas ſalſas, ligno-
 rum teneritudinet, & alia laudat, quæ vitro iſtam præ-
 ſtantiam largiuntur. Nam toto terrarum orbe locum
 rei vitriariae commodiorem eſſe negat. Velschius quo-
 que loco ſupra laudato Vitri Aegyptii præſtantiam ab
 arenā Nilotica & aere sereno deducit. Quin & in me-
 tallis aeris ambientis ac penetrantis vires animadvertere
 licet, quorum ſuperficies ac poros variat. Appone e-
 nim laminæ cupræ vel ferreæ ignitæ chartulam mundam,
 ac videbis particulas non ſine aliquo ſtrepitū in eam proſi-
 hientes. Facile id etiam in laminis ferreis, quibus fornacis os
 occludi ſolet, obſervabis, quas ſtrepere non nunquam
 & ſtridere ad occurſum aeris frigidioris videbis, ac pau-
 latim abſumi. Obſervatum quoque eſt aere ſereno
 & ventis septentrionalibus expeditiorem eſſe metalli
 fusionem & clariora ejus ſonum, ac teſtatur Dn. Per-
 rault in *Tract. Gallico de diſtice corporum: intenſo illo*
Anni 1670 frigore Academicos institutis experimentis
depre-

deprehendisse corpora durissima, ut metalla, vitra, marmora, quasi è congelatione partium interiorum, fragilitatem acquisivisse, quæ frigore externo cessante; ipsa quoque cessaret. Ita chalybs frequenti in aqua extinctione vel durior, vel fragilior fit, imo & intumescit, ut ex filo primum candefacto, deinde aquâ macerato appareat, quod per prius foramen duci non potest. Imo solet à fabris pro ratione usus, immersione subita vel tardiore varius duritiae gradus conciliari. De ære, cur intensissimo frigore expeditius fundatur, vide Honoratum Fabr: *Phys. Tract. 7. l.b. 2. prop. 57. n. 13.* Qui in Boiliū libello de Cosmicois Qualitatibus legit: quomodo bacillo ferreo, ex solo diuturno ad fenestrā positu recto, vel ejus canden-
tis directione versus septentrionem vel Austrum, per solam externi aeris in poros insinuationem, dari ac adimi-
facultas in septentrionem se convertendi possit, faci-
le ejus in variandis poris corporum potentiam agnoscer.

Continetur itaque in Vitri poris aer, vel materia aliquæ subtilior æthera, vi quâdam illic velut in carcere quodam detenta, quæ citius ac facilius prorumpendo rumpit vitrum, cum nondum in quendam quietis statutum per successivam infrigidationem est redacta. Unde facile talia vitra, vel per infusam frigidam, aut frigidior-rem aerem ambientem rumpuntur. Ac citius, credo, etiam voce, licet debiliore, frangentur, quam quæ per gra-

gradus frigefacta. Noruntilli, qui vitra ad tubos opticos expoliunt, quam sponte interdum findantur. Licet vero & in Vitis observare facilem intestinarum particula-
rum motum, quod ex sola illa, quam vocant, Electri-
citate appetit, quæ vitro cum succino est communis: ne
quid nunc dicam de salinarum particularum efflorescen-
tia, sàpè in vitri superficie linguae tactu observatis, ac
aliis de vitro fracto experimentis, quæ recenset Illustris
Boilius in elegantissimâ *de absolutâ Quietâ in Corpori-
bus* dissertatione. Quæ quis legerit, amplius non dubi-
tabit de intestinis particularum in vitro motibus: præ-
stîtum cum in corporibus longe compactioribus, gem-
mis scilicet, ac ipso adamante motus aliquos deprehen-
dere Philosophus sagacissimus sibi visus sit. Idem Gem-
marii testantur, quibus sàpè accidit, nebulis quibusdam
obfuscari gemmarum splendorem: ac omnium optimè
norunt qui in gemis factitiis laborant: nam è silicibus &
plumbo vitra pro adulterinis gemmis conficiunt, non
è cineribus & sale, quia illæ facile pelliculam contrahunt,
quæ elui non potest, & è salis acrimonia proficiscitur. Quæ
genuinis adhæret pinguedo, ut adventitia, nec ex ipsa sub-
stantia erat, facile abstergitur. Major quoque minimo-
rum in vitris, quam in gemmis motus deprehenditur per
linguae tactum. Vitra enim gemmis tepidiora sunt. Con-
fer cum his, quæ Boilius de maculis in Turcoide,
gemmâ variantibus refert libro de coloribus pag. 428.

Nolo

Nolo enim illa transcribere, cum libri in omnium manibus verlentur. Jungi etiam possunt, quæ narrat Bulerius *lib. 1. de rat. atroinat. c. 5.* de Leonis X. lapillo, cuius color pro phasibus lunæ varius fuit: deque alio Clementis X. in quo macula Sole oriente oriens, occidente occidens, ad ejus motum circumacta fuit. Quæ omnia motum particularum minimarum etiam spontaneum vel in solidissimis corporibus, (quidni ergo & in vitro?) demonstrant.

CAP. IV.

Transitus ad soni rationes investigandas. Sonori corporis motus quales? Minima corpuscula etiam non sonora ab impulsu aëreo mota. Chordarum aquæ tensarum altera tacta non tactam ad sonum lacesit. Causa superflitiosa apud Gellium. Sympathia an bic pro causâ verâ baberi possit. Spinoa inter causas etiam non nunquam admisit. An Magnetismus? Magneticorum motuum & chordarum tensarum affinitas. Scyphi vi trei penduli per sonum oris eundem attractio. Spiritum Mundi hujus effectus causam statuit Helmontius; Marcus Marci ideas. Alii potentiam numerorum Harmonicorum. Vera ejus causa quarenda est in naturâ tensionis & motus sonori. Quæ & quotplex sit tensio.

H

Ten-

*Tensio ponderi equiparatur. Motus tensi è motu pen-
duli estimari debet. Quia tensi è penduli differentia.
Corporis equalis in quiescens equale impulsus. Appli-
catur ad chordas èquè tensas. Vibrationum in chordis
cum pendulorum oscillationibus equalitas, quomodo de-
prebendatur? Illorum motum è pendulo demonstra-
tio. Ictu è impulsu uno, non repetitio, movetur corda
similis. Ideoque chordae ruptæ sonus etiam consonam
movet. Firmatur nostra sententia è Fracastorio. Pen-
dulorum in aequalium oscillationes inordinata è impedita.
Similis ratio chordarum in aequaliter tensarum. Mer-
sennii experimentum de arbitrariis octo consonarum vi-
brationibus rejicitur. Tremor ligni in instrumentis non
est proxima causa chordæ consonantia. Vibratorii motus
accurata dimensio baberi non potest. Surdus an è visu
vibrationum chordas instrumenti temperare posse? Scy-
phorum consonorum mutua vibrationes. Consonan-
tia Vasorum in theatris. Kircheri Musica Sympathica.
Eiusdem statua ad certum organi è campana fo-
num componenda.*

Solliciti hactenus in poris Vitro vindicandis fuimus;
nam illi quasi in antecellum aperiendi, ne porta so-
no illis se ingerenti præstrueretur. Concessis itaque
vitri poris ac minimarum particularum, vel aeris, vel ma-
terie subtilioris, intra plexus particularum vitri, consti-
pata.

patarum motu, sequitur hinc ab aere vel æthere externo vitri poros vel transente, vel iis se implicante, posse moveri particulas aeras vel æthereas vitro contentas. Illud vero præcipue mirabile est, cur aëris motus certo aliquo oris sono definitus, aptus sit movere vitri particulas, & ita quidem valide, ut vitrum rumpat. Cujus ut aliqueni demus rationem, natura soni prænoscenda est.

Ejus vero omnis ratio in motu aeris, tam intracorpus sonorum contenti, quam externi impressi, consistit, qui vibratorius est, vel undulatorius. Nam duos illos distinguo, vibratorium vocans, qui circa ipsum corpus sonorum, reciprocis minimarum particularum agitationibus hinc illinc tenditur, undulatorium vero, qui longè lateque ad aures nostras perducitur: quemadmodum in corpore lucido viciniores partes intensius fulgere, remotiorem aerem tenuioribus radiis percelli videmus. Est enim sensuum quedam cognatio, & in naturis sensibilium indagandis ab uno ad alterum sensum optime procedit argumentatio. Nolo hic diligirere, an undulatorius motus, qualis in aqua injecto lapillo observatur, aéri per sonum moto comparari possit. Sunt enim qui magno apparatu hoc impugnant, quanquam me judice commode sustineri illa veterum Philosophorum determinatio potest, modo analogos

superficiariis in aquâ motibus, globosos illos in aëre,
secundum ejus naturam, concipiamus.

Sed hæc quidem satis explorata ac integris libris
à Viris eruditissimis docentur. Motum minimarum,
partium ipso oculorum sensu deprehendere possumus.
Videmus in conclavi angustiori tremulos flammarum in
lucernis motus, imò ipsum earum fumum ad fidium,
 numeros se componentem. Nam quod Hamelius de
corpore animat. lib. 2. c. 4. observat, in campanili accen-
sæ lampadis flamمام vix à tanto sono agitari, inde
contingit, quod sonus vastus obtusior ac diffusior flam-
mam per angustum ferire non possit. Observamus ad
eosdem chordarum sonos saltantes quasi atomos in ra-
dio solis intra obscurum conclave per foramen trans-
missio. Notamus superficiem aquæ crispari, cum non
procul barbitos pulsatur. Observavit & Daniel Bartoli
guttulas argenti vivi pèr speculum ad planum horizon-
tis positum dispersas, ad sonitum chordæ vel vocis sal-
titantes. Cum enim valdè mobiles sint hæ particulæ,
facile vel levissimo aëris impulsu movebuntur. Ideoq;
non omnino verò consentaneum puto, quod Berigardus ait : circatos sonoros chordas æquæ tensas & au-
ris movere tympanum posse, minimè verò vel plumbas,
vel aranearum telas levissimas: nam sane oculis illi motus
non adeò deprehendi possunt; neq; adeò accurate ad illa

at-

attendimus, cum tensa corpora motus suos statim ipso sono prodant. Quæ omnia de motu minimarum particularum in sono testantur.

Seponamus vero ista omnia & ad experimentum nostro huic affine proprius contemplandum nos accingamus, quo quasi viam illi sternere possumus. Res est notissima, chordas æquè crassas & tensas, simul subfulpare & sonare, cum una earum percutitur: ut mirer Viro alicui docto nuper rem hanc incertam esse visam, nec satis exploratam, quæ vel pueris constat. Etiam olim pene in superstitionem illa res tracta, dum quod causæ propiori & palpabili adscribendum erat, à solis positu nonnulli arcessebant. Nam ut est apud Gellium lib. 9. c. 7. ad nescio quem brumalis diei influxum mirandam hanc operationem retulerunt. *De fidibus rarius dictu* inquit Gellius, *& mirabilius est, quam rem alii docti viri & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicra historiæ primo, satis compertum esse, satisque super ea re conitare affirmat, nervias in fidibus brumali die alias digiti pelli, alias sonare.* Sed ineptissimam hanc esse vulgi opinionem, satis nunc patet, neque enim sole, velut *Ἥεω μνχανης*, ad nodos hos solvendos indigemus, & omni tempore hic effectus causam suam consequitur.

Alii causam hujus effectus in sympathiam quandam.

occultam rejiciunt, nudum sc. & inane nomen, quo nihil planè in rerum naturâ demonstratur: utut negari non possit, esse nonnunquam aliqua naturæ phænomena, è cooperatione & reactione mutua resultantia, quorum causas cum percipere vel sensu vel intelligentiâ nequeamus, fortassis non adeò imperitè facturi simus, sive generali illo sympathias vel antipathias conceptu causam illam $\omega\varsigma \epsilon\nu \tau\lambda\alpha\tau\epsilon\iota$ determinaverimus. Spinoza certe, qui ad mathematicas rationes omnia revocare laboravit, causam in Ethicis suis daturus, quare sine causâ hunc amemus, alterum odio persequamur, nihil præter sympathiam & antipathiam invenire potuit, quas in his & similibus operationibus pro veris ille causis agnoscit. Nihil novi etiam illi dicunt, qui magnetismum pro causâ allegant: nam & eâ ipsâ voce nihil definimus, licet magnetici motus & hujus magna sit affinitas. Leibni-
zius, Vir ingeniosissimus, in *Theoria Motus concreti* p.38. Magneticos motus analogismo hujus experimenti illustrat. *Cum tam regularis*, inquit, *tamque fortis sit in magnete motus, non est mirum, aërem, qui ei gravitate suâ impingitur, ab eo rejici, eoque mediante motum ferrum communicari, quod similiter dispositum impressiōnem facile recipit.* *Idque non chorde tantum tensa, alteri similicer tensa sonum per aërem communicant, sed & eo experimento constat, quod vitrum, cuius sonus pulsu exploratus est, si similis ab adstante sonus edatur etiam*

*etiam non tactum resonat. Qualibet ergo actio magnetis etiam in distans ferrum quadam insensibilis afficitur est. Illa omnia ulterius attractione electrica, & igne per fumos in candelam propagato, appositè sanè illustrat. Ut planius hoc faciamus: Quemadmodum succinum ex affrictu è poris emitit halitus unctuosos festucis & aliis minutis impingendos, quæ illis illitæ cum ipsis reductis ad poros corporis affricti recedunt, ut chorda ab arcu protensa in priorem locum se recipit, una cum minutis occurrentibus: ita chorda tensa à pulsus centro emittit particulas aëreas velut sagittulas ad chordam vicinam, quæ illam tangunt & vellicant. Talis emanatio particularum in magnete est perpetua, immo ex omnibus corporibus sonoris, si illa validius pulsentur, emoventur tales particulae, aërem vicinum vellicant. Manifestum quoque in hoc experimento nostro magnetismum ostendere, quod Daniel Bartoli in laudato saepius libro *tratt. 3. c. 8.* se magnâ cum curâ vel decies observasse ait. Suspendit ille filo scyphum vitreum, qui pede ligatus se in obliquum protendebat. Cujus latus cum voce οὐολόνω pulsaretur, ille latus hoc clamantis ori obverti observavit, & recursibus quibusdam iterum impingere. Quod cum ipse tentarem primo, à simplici motu penduli ad levissimum impulsum mobilis evenire existimabam, sensum fallente obliquitate scyphi. Sed ita aptavi filum, ut ad perpendiculariter demitteret se scyphus*

phus, ac reverâ tum deprehendi ad sonum ejusdem vocis, latus scyphi se ultrò ad os applicare, ibique sponte suâ hærere immobile, quamdiu spiritus unisonus ex ore exiret, quasi scilicet ipsi illi vibratorii circuli cum istis qui ore exibant misceri gestirent: nam trepidationem vitri ipsis labris meis, quæ illâ quasi titillabantur, sentiebam. Contra verò ubi dissono tono inclamarem, vix movebatur vitrum, neque ullâ ratione ad labia accedebat. Quam ob causam non usque adeò placet ratio Bartoli, qui accessum vitri, ab aëris interni per calidum externum rarefactione, contigisse autumat. Quæ causa in dissonis quoque tonis obtineret. Verum de illo amplius inquirendum existimo: nam certè non obscurus magneticorum motuum analogismus sè hic ostendit.

Qui in naturâ sensibili de causarum investigatione desperant, ad intelligibilem configgere solent. Quemadmodum in vitro suo fracto ad naturam corporeâ maiorem, sed præter necessitatem, ut arbitror, configiebat Valerianus Magnus, eandem ut puto causam, in vitro per sonum fracto quaesiturus: ita in hoc chordarum æquè tensarum simili motu, relicta viâ planiore ad mysteria configiunt. Et Helmontius quidem in Disputatione de Magica vulnerum curatione, è Spiritu mundani sensu illa phœnomena deducit, ut qui omnibus etiam inanimatis phantasiam suam tribuit, quoniam Deus, qui

qui totus vita est, res omnes creaverit, è cujus manu nihil quod mortuum sit prodeat. Quod si verum est, non jam truncos stipitesque amplius sine phantasiâ habebimus. Ab Helmontii sententiâ non multum abit Marcus Marci, qui ideis suis, velut Delphico gladio ad nodos omnes solvendos utitur. Nam cum in *Philosophiâ suâ veteri restitutâ part. 4. subsec. 4. p. 450.* in causam inquirit, quâ sonus tarantulam moveat, mutum animal & surdum; ideas soni, ideis seminalibus tarantulæ annexas, in theatrum adducit, quibus certè nihilo plus quam dudum sapimus. Nam satis quidem illa sonora sunt & arguta, quæ Vir doctissimus super hœc argumento disserit: sed exigua illis demonstrandi vis inest. Pene eodem loco habendi, qui ad potentiam numerorum harmonicorum recurrent, & Pythagorico philosophandi modo hic uti malunt, quorsum etiam inclinare videtur Daniel Bartoli *Tratt. 3. c. 2.* Quæ quanquam verissima sunt, & mysteria abstrusiora involvere videntur, ut inde ad orbis universi fabricam Pythagoræi transferre voluerint: quemadmodum operosissimè Franciscus Georgius in suo de *Harmoniâ mundi* libro hoc argumentum tractavit: tamen proximis illi causis præteritis, veris & realibus, ad generales illas & notionales confuge-re malunt.

Sed mittamus illa aliorum commenta: res usque


adeo difficultis non est, ejus rationem explicare, si naturam tensionis & motus reciproci accuratius consideraverimus. Tenditur vero corpus vel secundum lineam, ut chorda, vel secundum superficiem ut tympanum, vel secundum soliditatem ipsam, ut metalla, vitra, aliaque ejus generis. De chorda primum videamus. Ejus tensæ motus examinabimus. Habet vero corpus tensum partes è quiete & motu, ut ita dicam, mixtas, nam in extremis quiescit, reliquis partibus in reciprocum motum agitari aptis. Fit autem tensio per dilatationem partium majorem vel minorem, prout tensio ipsa major vel minor est. Hinc in fortissione frequentior reciprocatio & celerior, quæ in dæbiliori tardior. Unde patet meatuum etiam rationem, in corpore tenso esse habendam, ac plus minusve aëris illud pro ratione tensionis admittere. Hinc consequitur porro tensionem fortiorem ponderi majori æquiparari, minorem minori, ut arguunt pondera chordis super geminis bacillis ferreis appensa. Prout enim pondera magis magisque gravant, ita chordæ inter duos bacilos ferreos vel graviorem vel acutiorum sonum habent, qui formatur vibrationibus pendulorum ponderum oscillationibus proportione quâdam respondentibus. Corporis enim tensi vibrationes penduli motibus quodammodo sunt æquales. Ut hoc levi aëris impulsu movetur, ita & chorda tensa. Hæc cum securus, quam in pendulo, duobus

bus extremis firmetur, tot vibrationes celeriores & breviores efficit, quot pendulum majores & tardiores. Inter pendula vero & tensa hæc est differentia, quod illa uno centro liberè moveantur, horum motus duobus è punctis quasi quibusdam polis determinantur, & intranisum illorum punctorum ad quietem feruntur. Quantum itaque pellitur chorda aliquâ sui parte, tantum reluetantibus extremis repellitur.

Præsuppositâ jam chordæ tensione, corporibus certâ ratione gravibus æquiponderanti, deinde ejus faciliter ad instar penduli mobilitate, canon ille pro fundamento substernendus est: Corpus motum occurrentis corpori æquali, sed quietenti, partem sui motus communicabit cum altero, & cum residuo reflectetur. Jam vero chordæ unisonæ duo sunt æqualia corpora; nam æquali pondere tenduntur. Itaque chordæ unius pulsus aëreus incidens in chordam, corpori, unde spargitur, æquè tensam, motum illi impinget dimidiâ parte minorem. Nam motus rectilineus hic æquatur reciproco. Ut tempora vibrationum chordam unam impellunt, ita necessario alteram impellent, ex lege æqualitatis in motu. Neque opus est corporali contactu, qui in rectilineo motu est, aut cum unum pendulum impellit alterum. Nam chorda tensa, cuius celeriores reciprocationes sunt, fortius impellit aëreas particulas, velut sagittas


tas ad metam , quam pendulum corporali contactu ,
 quod sola circulari gravitate ferit, perpendiculari vero
 deorsum semper tendit. Ideoque aër tam fortiter per-
 cussus aptus est chordam alteram vicinam in propor-
 tionales commovere vibrationes , & quidem rectâ per-
 cussione. Nam si accuratè advertas, invenies illâ parte,
 quâ alteram vel in arcum adductam tetigeris , eâdem
 alteram in latus ab impellente aversum recessuram. Si
 vero alteram chordam non ad latus, sed sursumemo-
 vendo vellicaveris, manifestò minores in alterâ impetus
 deprehendes. Imò palpabiles quodammodo hos im-
 pulsus efficies, si chordæ longissimæ modice tensæ un-
 gues, in quibus acutissimus tactus est, ita admoveris, ut
 non tangas. Et quidni aeris impulsus tantum efficiat,
 cum ejus tantam vim esse videamus, ut interdum Echo ta-
 lem impulsu[m] fortius reflectat. Impelluntur autem omnes
 chordæ cuiuscunque soni , ut videre licet , ex uncinulis
 chartaceis singulis chordis impositis. Unisona chorda
 statim fortiter excutit illos , hinc Diapason , deinde
 reliquæ consonantiae movent & debiliter excutiunt ;
 dissonæ autem chordæ movent tantum , nec dejiciunt. Unde patet omnium in omnes chordas esse ictus, nullas
 verò vibrari nisi æqualiter aut proportionaliter tensas.
 Atque ita se rem omnino habere è pendulis duobus æ-
 qualibus planum faciemus.

Sint



Sint duo pendula A B , C D , elevetur pondus B in E , & lapsu suo impingeret in D . Cum D propellitur in F , perpendiculum alterum è D relabitur in B . Cum è B iterum assurget in G , alterum è D ascendet in K . Recidente G ad B , K ad D revertitur . B ad H transeunte , D ad I procedet . Atque sic peridromi deinceps proportione mediâ huc illuc sine ulteriori contingen-
tia ferentur . Eodem modo in duabus chordis æquè tensis res se habet . Chorda una vibrata nihil præter motum & impetum diffundit . Itaque semel mota , eâ parte , quâ movetur , impellit vicinam æqualiter tensam : nec nisi semel , secus quam aliis visum fuit . Sunt enim qui repetitis pulsibus sollicitari existimant . Quod si fieret , non posset se liberè movere per spacia sua , sed statim susteretur circulis aeris se implicantibus . Igitur unus ille ictus sufficienter movet chordam digito non ta-

Etiam, cuius vibrationes alteram illam suâ proportione non impeditæ cōsequuntur, quod & reliquis consonatiis accidit.



Sint chordæ A B, & E F æque tensæ, A B per pulsationem attollatur in C, aereæ particulæ propulsæ chordam E F attollent in H, spatio proportionato. Relabente itaque chorda A B ad punctum D, chorda E F ad punctum G se remittet, atque ita imminutis æquali decremento spaciis, se non amplius contingentibus, utraque demum quiescat. Procedere vero ab istu uno vibrationes vicinæ vel ex eo patet, quod si chordarum super uno instrumento æqualiter tensarum altera pulsatur, statimque digito compescatur, altera tamen vibrare non desinat, quod secus esse nonnulli existimarunt. Imo & chordam dissonam vicinam, pulsatâ primum, chordâ suppressâ, exiguum edere sonum deprehendi, certissimo indicio, etiam à dissonæ chordæ vibrationibus eam leviter fuisse tactam, sed impeditis vibrationibus sonum non continuari. Unde patet facile solvi posse
du-

biūm, quod adfert Daniel Bartoli *Tratt. 3. c. 5.* de chordis æquè tensis, quarum altera rupta integrā unisonam sonare fecerit. Quomodo enim ait vibrationes percettore potuerunt chordam alteram, cum chorda quæ rumpitur, vibrari non possit. Nam sane ad sonum incutendum chordæ vel unus impulsus sufficerit, qualis à ruptâ chorda in vicinam facile transferri potuit. Nemo melius causam hujus rei, & ad nostram sententiam accommodatius descripsit, quam Fracastorius in libro de *Sympathia & Antipathia*. *Unisonum*, dicit ille, aliud unisonum commotat, quoniam que similiter tensa sunt chordæ, consimiles aëris undationes & facere & recipere natae sunt: que vero dissimiliter sunt tensa, non iisdem circulationibus natae sunt moveri, sed una circulatio aliam impedit. Ita enim chordæ est motus compositus ex duobus motibus, uno quidem, quo chorda pellitur ante, hoc est, versus aëris circulationes; alio vero, qui retro fit, chorda reducente se ad situm proprium. Si igitur mota una chorda debet & alia moveri, oportet ut in secunda talis propertio sit, ut undationes & circulationes aëris, que impellant & faciunt motum ante, non impedian motum, qui retro fit à chorda. Quam proportionem solum ea chordæ habent, quae etiam consimilem tensionem habent: que verò dissimilem sortitæ sunt tensionem, non se commotant, quoniam dum secundus fit motus, id est redditus chordæ retro, circula-

tio

tio secunda illi obviat, & se se impedirent: unde nec motus fit ullus, prater primam impulsationem, que insensibilis est. Hæc Fracastorius, qui rem ipsam attente sati contemplatus est, ad quam amplius illustrandam, quod ipse observavi, non parum conferet. Nam ut in pendulis æqualibus idem deprehendi, quod in chordis Fracastorius; ita & in inæqualibus has implicationes peridromorum sensi, quas ille in chordarum vibrationibus esse conjectat. Pondus VIII. librarum impactum V. librarum ponderi, incussit illi motum aliquem, sed in recurso semper denuò impellebatur à majori, unde minoris ponderis motus jam increscet, jam retardabatur: secus autem in chordâ tensâ fit: nam repetiti circulorum aereorum impulsus se sistunt mutuò, debilioris enim tensi vibrationes tardiores velocioribus fortius tensi statim in principio sistuntur. Circuli enim aerei semel impediti, quiete renitente corpore inæqualiter tenso, quod ad quietem ab extremis sollicitatur: cum in pendulis ad aliquid tempus geminitorum impulsuum motus horsum, versus, sed inæqualiter tamē, continuatur. Quod si pondus V librarum in pondus VIII librarum incurrat, motum illi exiguum incutiet. Quare & vibrationes aereæ chordæ debilius tensæ, imperceptibiliter movebunt fortius tensam, & quia majore semper spacio recurrent, impingendo in illos cireulos aereos, sistent.

Ex

Ex iis, quæ hactenus adduximus, abunde constare puto, necessarias omnino esse chordarum consonarum vibrationes, ex lege motus & percussionis. Dato enim corpore moto, necessarium est, ut corpus impulsui proportionatum ab impellente moveatur. Nam ut impulsus, qui non habet proportionem ad mobile, est absque motu, ita & vice versa mobile ad impulsu[m] se habet. Hanc impulsu[m] aerei vim in funiculis æquali pondere tensis deprehendi. Cum enim adducerem unum funiculum, & motu stupæ funiculo alteri adhæenti impulsu[m] animadvertere potui. Ideoque non satis accuratum observatorem egisse Mersennum existimo, cum ait: se in octo chordis unisonis, super unam regulam tensis, non omnium vibrationes deprehendisse, sed jam has jam illas quasi ex arbitrio suo subsultasse. Nam sanè datâ causâ, effetus ut consequeretur, necesse fuit, ita tamen ut in proprius objectum fortior esset impressio. Ego certe falsum deprehendi in chordis quatuor, sed diversæ crassitie[s] super fambuca ad eundem sonum attemperatis. Quæ omnes unâ tactâ movebantur, sed vibrationibus disparibus proportione vicinitatis & crassitie[i].

Quæ omnia cum sint certissima, miror tamen dubium hic hærere Danielem Bartoli, an causam hujus vibrationis in chordistremori instrumenti, an chordis ipsis adscribere debeat. Ait enim observasse se, omnem chor-

dæ consonæ sonum suppressum, si corpus instrumenti Musici lanæ aut culcitæ impositum. Videri enim chordam quasi partem instrumenti, quæ obtuso instrumento, obmutescat, & ad aliarum chordarum pulsuum quasi surda fiat. Verum ut ego existimo, prima sit in chordas impressio, quam sequitur altera soni intra cavitatem instrumenti reflexio, quæ tamen & augere sonum, & chordarum vibrationibus quasi vicariam præstare operam potest. Illo instrumenti tremore impedito, sonus quidem chordarum obtunditur, neque ad aures propagatur, sed tamen vibrationes illarum non cessant. Tremori autem instrumenti non adscribendam esse causam, vel ex eo patet: quoniam inter chordas plures super uno instrumento tensas, æquè tensæ tantum sonant, reliquæ tacent: quod non facerent, si tremor instrumenti per totum corpus diffunderetur. Nisi fortassis certæ partes in illo instrumento sint certis chordis proportionales. Sed tum novo Oedipo & demonstratore opus esset, qui partes illas indaget. Alioquin nodus nodo solveretur. Facile quidem concedo, ratione soni multum differre, an viridi, exsiccato, solido, cavo ligno superducantur chordæ. Sed puto infidum esse huc aurium iudicium, quæ repercussione soni implentur, non primis illis vibrationibus, quarum mensura oculis discerni nequit. Itaque, ut chorda sonat, si impura, si inæqualis, sic respondet cavitas ligni, in quam chordæ sono mediante ponticulo traducitur.

Nemo

Nemo, ut puto, ambiget jam amplius, phænomeni rationes ex æqualitate tensionis & proportione impulsus ad mobile deduci debere exemplo pendulorum; atque ex illorum oscillationibus, τῶν χειρασμῶν sive vibrationum in chordis mensuram ineundam. Quæ si sensu ullo percipi possent, proportionem illam deprehenderemus. Pulicu[m] saltus metiri olim nonnulli potuerunt. Sed illa earum celeritas est, ut nec Lyncei oculi assequantur. Evidentius aliquantum in chordis ex ære bene tensis & levigatis, si ad solis radium pulsentur, illæque radium reflectant, è reflexi luminis motu chordarum vibrationes in oculos incurrent. Sed vix ego fieri posse puto, quod putabat Daniel Bartoli *Tratt. 3. c. 3.* surdum è chordis unius instrumenti justa ratione consonantibus, alterius instrumenti chordas dissonantes, ad vibrationes illarum, quas accurato visu observat, temperaturum.

Similia chordis æquè tensis experimenta in reliquis sonoris corporibus deprehendas. Si enim è scyphis ventricosis vitreis octo sibi contiguos posueris, ita ut infusa singulis aquâ, toni usque ad diapason sibi succedant; videbis, si digito madefacto supremam scyphi unius oram strinxeris, in vitris harmonicis aquam magis vel minus, pro ratione vicinitatis corrugari, in dissonis vero quiescere. Si è duobus scyphis per aquam ad consonantiam redactis, alterius margini aciculam inflexam aptave-

ris, videbis illam cum strepitu quodam subsultantem, ubi alterius marginem digito, ut ante, presseris. Ita Monochordum contingens tabulam ejusdem soni, sonum duplo majorem efficere testatur Berigardus. Observavi ipse in tubâ Stentorophonicâ sonum longè crassiorem, & ferme ululatui similem, ubi in cidebam in tonos laminæ, unde confecta erat, consonos. Hanc arcana n sonorum con spirationem etiam antiquis non incognitam ē Vitruvio *lib. 5. c. 5.* discas licet, ubi de Theatris vasis prolixè agit, quomodo secundum tonorum proportionem locanda sint, ut major sit sonorus & percussio. Revoco etiam mihi in memoriam, quid, Coll: hon: tibi fistulam certo quodā tono inflanti acciderit, cum in ellychnio pensili laminam ex orichalco ejusdem toni consonantem observaveras. Nolo ea, quæ Kircherus in Musurgia, ac alii passini exempla afferunt, hīc congerere, sunt enim notissimæ, neque omium satis explorata fides est. De unicō hīc monenda quædam duxi. Putat is Musicam exhiberi sympatheticam posse, si instrumenti cuiusdam chordæ ad organi pneumatici fistulas attemperentur: movebuntur enim, ait ille, ex certâ distantia, quam inventu difficultem esse putat. Ac fieri sanè vix poterit, ut locorum ratio adeo ad numeros disponi possit. Refert & statuam fuisse in quâpiam Ecclesia, quæ ad campanæ vicinæ & certæ in organo fistulæ sonum moveretur. Illam ita confidere jūbet. Statuam ē poroso & bene sic-

cato

cato ligno factam, & sonoro corpori proportionatam, supra trabem organo vel campanæ contiguam, posse vult, unde effectum illum sperat. Sed ægrè consilio & arte talia fieri possunt, quæ casu interdum contingere videmus.

CAP. V.

Tensio Corporis secundum superficiem in Tympano. Duobus tymphinis æquè tensis, pulsato uno, tremor fortior sentietur, quam si non sint æquè tensa. Aliqua ejus rei experimenta proponuntur. Tympanum puerile, quod frictu pulsatur, vulgo Rommelpot. Tympanum cum appensis intus tintinnabulio. Tympanum auris nostræ vulgariter respondet. Ejus tensio impulsibus proportionata. Cur surdastris inter intensos strepitus sonos exiles percipient? Pectus & diaphragma à tympani sono pertussum. Inequalis tymphani tensio varios in illo sonos efficit. Tensio corporum ratione solidi. Tensio in omnibus quæ crescunt & nascuntur, sed non æquè sonora. Flavida soni non sunt capacia, nisi affricu ad solidum. Organa hydraulica Musica. Glacies sonat, quia tensa. Contiguitas durarum particularum in sonis necessaria. Durities aliqua viscositate temperati debet. Lapidés quare non sonent. Lapis furdus Scoticas. Ten-

suo in metallis, plumbō, auro, argento, ferro. Mīlio metallorum sonum puriorem efficit. Aer vel aether in interstitiis metallorum detentus sonum format. Tensio particularum in lignis. Qua ligna ad instrumenta Musica apta. Bacilli lignei musici per omnes tonos, le claquebois. Tensio particularum in Vitro describitur.

DE Corporibus secundum lineam rectam tensis vidimus, nunc ad illa veniamus, quae secundum superficiem & soliditatem tenduntur. Ut chorda per lineam, ita pellis & membrana per superficiem tenditur, in tympano, funiculis ad omnia latera additis, quibus magis minusve vel adducatur vel remittatur, & ad certos sonos attemperetur. Quando itaque duo ejusdem toni tympana (tonos enim in illis bene distinguere possumus) multis a se passibus distant, altero eorum percusso, alterum valide percuditur, tremit & sonat, consonante etiam vase æreo, intra cuius cavitatem sonus, cum aliquo quasi mugitu, reciprocatur. Ut subsultationis hujus modum aliquem inirem, globulos, quibus pueri ludere solent, tres tympano imposui, unum centro, alterum margini extremo, tertium loco inter marginem & centrum medio, & æqualibus tympanorum sonis omnes excutiebantur, pulsato altero tympano: in æqualibus, centro impositus globulus præ aliis subsultabat, reliquis minus agitatis. Accidere id quoque sentiebam altero tympano in

in conclavi vicino, clausis foribus, pulsato: sed tum consistebant omnes super tympano, & leviter tantum movebantur. Pisorum impositorum saltus evidentiores fuere. Animadvertebam itaque membranam tensam, omni sono impelli, in aliquos tremores; maximè vero sonis æqualibus. Ad motus hos in tympano, cum validior impulsus requiratur, quilibet videt, non omnibus instrumentis ad sonos provocari æquales tympani sonos posse. Vox humana & tuba aliquâ ex parte id efficient. Nisi enim corporis sonori quantitas, & impulsus aëris respondent tensioni corporis, nihil efficietur. Aer quoque in cavitate conclusus sub membranâ tensa multum, ad sonum confert, si & ipsum corpus, quod aërem hunc continet, sonorum est. Alioquin tonos vix distingues, ut in vulgari illo militari tympano, aut illo, quo puéri ludere solent, quod vocant *Rommelstot*. Vesicam illi bubulam super ollam tendunt, centro hujus membranæ arundinem illigantes. Quam cum illi manus madefactâ fricant, è frictu illo, & membranæ continuâ adductione & remissione, aëre quoque intra cavitatem moto, sonus aliquis quasi grunniens editur, qui ex forti fricione intenditur, debiliore remittitur, gravior quoque, pro capacitate ollæ, & latitudine membranæ esse solet. Describit Suidas tympanum aliquod, cui introrsum multa appensa tintinnabula, quod dum pulsabatur, mirum ederet sonum, tympani mugitu acuto ten-

tintinnabulorum tinnitus permisit. Cujus cum meminit Magius de *Tintinnab.* cap. 12; addit: accepisse se à Josepho Zarlio Clodiano, musico celebri, quod Venetiis non absimile tympanum ratione musicâ fabrefactum aliquando confixerit.

Non parum illa receptio motuum variat, prout tympano obducta pellis tenuior vel crassior est. Hinc Natura auri nostræ membranulam tympani instar subduxit, addito malleolo, qui sono exterius adveniente, soni, debili, gravi, acuto, mille rationibus & modis figurato, ad certa pulsuum genera determinetur, ac membranulam suppositam impellat, ut nos omnium differentiam accuratissime dijudicare possimus. Hinc patet quam subtilis sit illa pulsuum aereorum proportion, cui indagando nullum sufficit ingenium. Rude ejus exemplum hoc esto: Si chartam duabus manibus expansa tenueris, senties pulsus tympani vicissim fortiores jam remissiores, prout chartam tetenderis. Nam in tensione debitâ multum situm est. Hinc observatum est, eos, quibus membranula auris non satis tensa, surdastres esse; quæ officium non præstat, nisi voce & sono intenso tendatur. Sunt qui submissos & exiles sonos non exaudiunt, nisi inter tympanorum pulsus & strepitus maximos; cum, alii quibus membrana debite sensa est, hos non audiant. Cum enim laxitas membranæ

branæ per sonos validos distendatur, soni etiam exiles reliquis admisti impellere illam possunt, ut percipientur. In iis vero, quorum membranæ impulsibus aëris justa proportione respondent, major sonus adeò valide impellit membranam, ut minor motus sentiri non possit. Cæterum & in auditus organo rectè constituto, providus ille opifex musculos membranæ addidit, quibus illa pro ratione soni vel adduci vel remitti possit, ut funiculis suis tympanum. Singulis itaque impulsibus membrana hæc muscularis tenditur. Quo exemplo patet, omnes tensiones quorumcunque corporum, si motus utrinque conspirare debeat, debere esse proportionatas. Illud quoque consideratu dignum est, quod Dn. de Perrault in *libro de Sono Gallicè scripto part. 1. cap. 4.* observat; sonos tympani, tubæ, aut chordarum Panduræ majoris ipsum nonnunquam pectus percutere. Quod, ut ille judicat, fieri non potest, quam con spiratione aëris intra pectus conclusi cum aëre exteriori. Neque id sic omnibus tonis, sed iis tantum, qui respondent tensioni diaphragmatis. Namque in illam peculiariter operatur certus instrumenti talis sonus.

Satis ex iis quæ diximus patet, superficiem etiam tensam ab impulsu proportionato affici & in æquales tremores agitari posse; modò secundum omnes partes æqualiter illa tensa sit. Nam nisi tensio æqualis sit,

L

æqua-

æquales vibrationes non erunt, nec sonus purus. Quod in tympano, non æqualiter adducto, facile quis apprehendet: nam in latere illo, ubi partes tympani adductæ, acutior sonus erit, quam in remissioribus. Idem in corporibus aliis sonoris evenire posse, hoc exemplo constat, ut aliæ partes aliis magis minusvè tensæ sint, eamque ob causam sono varient. Hinc sèpissime in vitro non unius soni, unum laceſſere simili sono vocis possumus, altero non consonante, quod partes illæ vitri tantum aptæ sint, ut hoc aëris impulsu percellantur.

Tensio corporis, ratione solidi homogenei, per totum corpus ejusque particulas diffusa est. Nisi enim ita esset, nullus audiri sonus posset. Est vero tensio corporum non omnis sonora. Nam omnia, quæ miscentur, certâ ratione tenduntur. Vegetatio, nutritio nunquam fit sine tensione aliquâ, per quam quasi stamina ducuntur corporis fabricandi. Ita in generatione animalium fieri videmus: nam materia in certa quasi lineamenta extenditur, quæ perpetuis incrementis ad majorem quantitatem additis particulis succrescit. Ita in nobis ipsi tenduntur nervi, musculi, quorum pene ipsa harmonica ratio est. Nam si corpus animalis ita exsiccati possit, ut humidis partibus absuntis, nervosa remaneret, eventum videremus, ut nervi ipsi certâ ratione sonarent. Quod Mercurio lyræ inventori accidisse, fabulis traditur. Cum enim

enim forte fortuna testudinem inveniret, carne & humidis partibus cæteris consumptis, nervis illis nativis optimè sonantem, artificio similis instrumenti, quod testudinis nomen inde accepit, naturam imitatus est.

Sed tensio corporum in isto statu positorum sonora non est, ob humorem & pinguedinem hinc illinc diffusam, quæ uniformem aëris interni motum esse non sinunt. Debet itaque hæc tensio corporum esse durorum; dures enim particularum, earumque certa contigitas ad sonum requiritur. Fluida nullius soni sunt capacia, nisi qui attritu illorum ad solida excitatur. Ita aer flagellatus, quasi gemitu aliquo allisionem partium solidarum testatur. Idem in aquâ fieri constat. At verò si aëris & aqua cum impetu & proportione certâ allidantur corporibus, suavissimus sonus oritur; parum tremulus, ut in chordis & corporibus solidis, nisi forte tuba sit; sed magis undulatorius, cuius non tanta vis est in corporibus ad consonantias sympathicas disponendis. Ita beneficio aquarum instituta olim fuere organa hydraulica, quorum typum è Vitruvio ob oculos posuit Isaac. Vossius in libro de Poëmat. cantu p. 100. qualia pneumaticis illis, quibus hodie utimur, nimio ut puto antiquitatis studio, præferre non veretur. Accidit & iis quædam tensio, sed exterior, & impetu constante directa. Quod si aqua, quæ particulis non consistentibus constat, in glaciem.

vertatut, corpus quod anteà per se tensum non erat, missione salis nitrofi tenditur, ita ut partes indurentur, & sibi contiguæ fiant, cum interstitiis, partim aquâ, partim aëre plenis. Nam quanquam minima ejus in minorâ spacia coarctentur, totum tamen aquæ congelatae corpus majore mole extenditur, ob nova quæ illi accidunt interstitia. Et sanè multas tales vesiculas aëre plenas observavit in glacie Valerianus Magnus, *libro de In corruptibilitate aquæ*, de quibus more suo subtilissimam disquisitionem instituit Robertus Boilius in *Tractatu Anglico de Frigore et ceteris*. Ut vel inde appareat meatus aëre repletos ad corpora sonora esse necessarios. Aer enim, sonum efficit, tum interius cum particulis collidendo, tum exterius allidendo. Sonum itaque debilem fortificatur, sed clarum tamen, & cum aliquo tinnitu, aqua, congelata, quæ anteà effusa tantum strepitum quendam successivum edebat, qui tamen ostenderet, soni esse capaces, si in aliam massam converteretur.

Præterea & contigitatem duratum particularum requirit sonus, sed proportione iusta sibi respondentium, ut in spaciolis illis comprimi & dilatari aër possit. Ejus rationem in luceo pisis pleno quodammodo observes. Congeruntur in illo corpuscula globosa, modice dura, & levia, quæ inter se è percussione collisa, strepitum, clare edunt, successione quâdam & fluxu propagatum.

Ve-

Verum quoniam aer non captivus illic detinetur, sed cum libertate quâdam intereurrat, sonus inde verus formari non potest. Pro gravitate tamen impulsus, jam elaciorem, jam obtusiorem strepitum deprehendes.

Sed nec omnis durities sono apta est, debent ita particulae esse duræ, ut non simul sint rigidæ, sed quâdam viscositate, at modicâ, & quæ indurari potest, compactæ & levigatae, quæ æquales particulis figuræ tribuit & meatus, ut aer vel æther, non velut uncinulis quibusdam retineatur & impletatur, sed comprimendo & dilatando latera particularum æqualiter pulset. Quare nec saxa tam sunt ad sonum apta: viscositate enim debitâ destituuntur, nec æquales meatus habent. Non est omnino incredibile dari in Scotiâ lapidem, quem surdum vocant, qui vehementissimos etiam sclopetorum sonos arceat, ut audiri non possit, si quis aurem illi apponat. Quoniam enim lapidis textura talis est, ut aeriae particulae in illius spaciolis non possint moveri, sonus hinc excluditur.

Maxima proinde tensio est: quâ corpus è naturali illo statu in violentum, sed æqualem compingitur, qualis in quibusdam metallis habetur, quorum particulæ, cum per ignem vehementiorem è lapidibus in massam,

aliquam colliquantur , jam quidem inter se illæ tensæ sunt, & sonum habent : sed non ita ordinata est particularum congeries, nec figura externa sonum juvat. Inter metalla plumbum & aurum, per fusionem quidem tenditur, sed obscurè sonat, ob nimiam soliditatem & compactionem particularum. In plumbo admisetur impura materia terrea , in auro viscosum metallicum, nimis abundat. Sed tamen plumbum diu aeri expositum , sonus aliquem sortitur: quod argumento est, digestione quādam externi aeris, subtiliari hoc metallum, ut proinde non inter aniles fabulas reponendum sit ab Honorato Fabro , posse è plumbo veteri separari argenti particulas. Hæc enim quibusdam inter arcana fuisse icio , & cum lucro tractata. Aurum graviorem sonum habet , ut solent ingravescere corporum soni, qui duris quidem partibus constant, sed humore multo intermisstis. Argenti sonus argutus est, unde sequitur frequentes in illius corpore esse particularum vibrations, easque fortitudo tensas. In ferro majorem vel minorem tensionem facit temperatura externa , cum in diversis liquoribus extinguitur ; Quod optimè norunt artifices, qui varii generis instrumenta è ferro conficiunt. Succo fabarum & malvarum ferrum extinctum mollius, succo raphani acerimum fit. Chalybs quomodo arte ista tractetur , supra dictum est. Hinc tantam non nunquam istarum particularum in gladiis tensionem

videmus, ut arcus instar lunati, in rectitudinem se reducant. Patet ex hoc argumento meatuum diversitatem ad tensionis gradus requiri, & particulas heterogeneas intercedere igni tendenti, ac meatus illos pro indole suâ refingere. Quare & duci ferrum in fila exigua sonantissima potest, & felicius in hunc usum, quam cætera metalla tractatur. Sed ad corpora è metallis sonantiora conficienda, multa sunt miscenda metalla, atque ita temperanda, ut duriora mollieribus debita proportione aptentur. Ita ut acutior æris campani sonus tempetur, stannum admisceri solet; ut lætius sonet, antimonium: complanat enim asperitatem partium æris, & superficieulas læviores reddit, humorem nimium quasi exsiccans, unde tensio materiæ fono magis adæquata sequitur. Arcaniora ipsi artifices norunt, qui quotidiana in his fusionibus observata instituunt.

Hæc metalla per ignem simul colliquata ac sibi incorporata, in particulas oblongas complantanur, ut omnia fluida, atque ita instar chordæ cujusdam tenduntur; quæ ordine & situ in orbem confluunt, cum funditur campana, ut sit quasi massa quædam è chordis circulariter tensis & conglutinatis composita. Illis per quædam quasi strata sibi appositis, aer vel æther, qui in fusione particulis comprehenditur, aut extrinsecus accedit, cum ipsis arctè & æqualiter mistus, in illis spaciolis captivus

vitis detinetur. Hinc particulæ horum corporum non ita rigidæ, ut in vitro, sed flexiliores, ut sè elasticè dilatent, & aer ipsis motu elasticò respondeat. Inde procedit vibratio & tremor internus, qui, licet cerebrum ruperis, aliâ explicari ratione nequit. Et patet quoque, quam ob causam laminæ metallicæ, malleo contusæ, non ita sonent, ut metalla fusæ: Meatum enim figuræ eorumque æqualitas his contusionibus turbatur.

Habemus & ligna, quæ quidem, cum crescunt, tenduntur, sed ob humores interfusos non sonant; nisi cum exsiccata. Dürities quoque lignorum diversa est; Nam quò illa duriora, eò minus ad sonum vel formandum vel propagandum apta. Molliora verò ligna, ut abies, pinus, carpinus cum tempore sonare subobscurè incipiunt. Hinc fissa illa in tenues asserculos ad instrumenta musica adhiberi solent, sed excoctis prius partibus resinosis, & per multos annos exsiccata. Nam ut Boilius ex inquisitione artificum testatur, ad præstantissima instrumenta musica ligna octoginta annorum spacio denum apta redduntur. Ac solent artifices diligenter asserculos illos complanare, superficies pro varietate chordarum, quibus subjacent vel tenuiores vel crassiores dedolationibus suis efficere. Solent & bacilli lignei, secundum omnes tonos, non sine aliquo ingenio adaptari, quale rusticis instrumentum notissimum est.

Di-

Dicitur Gallicâ lingvâ *le claquebois*, Germânicâ *Strobfidel*. Quo longiores hi bacilli sunt, eò gravior sonus est. Unde patet suas etiam lignis esse vibrationes. Particulæ verò illæ in lignis tum incipiunt ad sonum tendi, cum vel aqua bulliens, vel aer externus partes resinosas & humidas absumperit; nam fibræ illæ lignæ, quasi chordæ coagmentatae, ac inter se parallelæ, interstitia æqualia, aere plena habent, quibus aerem sibi coextensum comprimere possunt. Rudem quoque sonorum in lignis diversitatem in schidius temere projectis deprehendere possumus.

Clariorem in ligno sonum vix efficiemus, nisi, cum in cineres redactum, è sale ejus per ignem tenso; novus & clarior quasi per *ταλιγγεσταν* artificiale in illo excitatur sonus. Salem ad sonum facere nonnulli judicant, ut in prioribus diximus, neque sine ratione: nam superficies salium planæ sunt & lævigate. Ut enim aer externus, si corpori allidatur, magis undulare sonum facit; ita aer internus, qui lævium particularū superficieculis impingitur, ordinationibus tremoribus concutitur. E lignorum itaque vel filicum salibus, sale communi, arenâ, vel stucibus, imò & aliis materiis, conchis, argillâ, vitro, justâ inter se proportione mixtis, vitrum conficitur. Particulæ enim per ignem colliquatæ in statum quendam rectum tenduntur, non vero ita, ut metallæ ut

ut appareat è filamentis, & è vitreo scypho in helices per funiculum ardenteum rupro: sed si supra modum tendas, frangitur. Quæ igitur integro Vitro competit tensio, & fragilitas, illa & particulis competit. Nam ut in scypho integro helices ad aliquod spaciū tendi possunt, sed nimium tensæ franguntur, ita particulæ quoque franguntur, si nimium per vibrationes sonoras, quæ tensionem sequuntur, comprimantur. Sunt vero in vitro primum particulæ absolutè primæ, quæ admodum sunt exiguae, & fortassis sphæricæ, sed particulæ majores filaminum, & armillarum instar ab igne fusorio formantur. Visco-sitas quædam, sed exigua, arenæ & salium fusorum, per ignem inter hæc corpuscula æqualiter distributa, illa, concrescere facit, spaciis subtilioribus, quam in metallicis, quorum latuscula summè lævia, relictis. Hinc fragilitas & sonus. Hinc in vitro fracturæ læves, cum metallicæ, ob copiosiorem viscositatem, serratae.

CAP. VI.

Motus sonorus è missione plurium motuum constat. Motus externus & internus. Ulterque varius. Motus impresionis. Motus internus consistit in compressione & emotione particularum. Motus ille in tenui corpore quomodo concipiendus è sententiâ Leibnizii. Embo-

Emboli & tubuli in corporibus. Borelli sententia de armillis rigidis corporum compressionis capacibus. Motus trepidationis Verulamii. Singulare experimentum de lineis in lamina aereâ parallelis, è motu circulorum aëreorum, ductis. Motus ille vibratorius particularum in reliquis sensibus invenitur. Motus undulatorius aëris. An aër crassior soni ve hiculum? Motus ille undulatorius in aquâ, quâ scyphus impletur. Non simplex, sed varius. Idem motus aquæ in catino est, qui in scypho vitro. Prout aqua movetur, ita fluctuat sonus. Circuli in aqua ad sonitum chordarum. Motus undulatorii magna ratione mediâ diversitas. E sono vasorum præstantie vini dignoscitur. Sonus infusa aquâ in scypho ingrauescit. Error Hamelii, Verulamii, Kircheri. Toni in scypho vitro spurii. Soni corporum comparati.

Cum natura soni in tensione & motu consistat, de tensione autem jam plurib^o actū sit, porro in motum ipsum inquirendū, qui non unus, sed varius in sono est, ut in omnibus corporum phænomenis ille mixtus est. Quam mixtionem motuum in corporibus qui rectè intelligit, ut Vir illustris, Stephanus Gradius, Bibliothecæ Vaticanæ præfectus *dissert. 2. de causâ motus accelerati* optime judicat, rarissimas naturæ operationes expeditas dabit. Varietatem in corpore sonoro motuum hâc ratione, ut puto, concipere possumus. Motus o-

miss in corpore sonoro est vel externus, vel internus. Externus duplex est, ratione principii & finis: nam vel est ab illo, quod pulsat extrinsecus corpus, vel qui consequitur motum internum in aere externo. Motus internus particularum corporis constituentium considerari vel absolutè potest, vel relatè. Relatè iterum multipliciter, vel quatenus comparatur cum medio, per quod propagatur, aere, aquâ; vel cum aliorum corporum motu sonoro interno, sive illa corpora sint diversæ texture & ponderis, ut vitra & metalla, sive diversæ quantitatis, ut corporis sonus comparatus ad sonum chordæ, vel tympani, vel vocis. Est & alia ratio soni, cum editur tibiâ vel tubâ, aut alio quodam instrumento pneumatico; alia, cum ab asperâ arteriâ hominum vel animalium formatur. Quales omnes motus figuris suis multum differre oportet. Sed de iis in præsentia nihil nos movebitur, extra circulos nostros non divagaturi. Neque enim de sono in universum agimus. In eo vero convenire omnis soni ratio videtur, quod se habet vel ad modum diametri vel peripheriae, quamquam pro corporis sonori figurâ, aerisque vibrati in isto corpore reflexionibus, diversæ sint ac varient moti aeris figuræ. In chordarum sonis manifestiora sunt omnia, ac satis explorata. Nam & Galilæus & Mersennus, ac alii pendulorum motus, ad chordæ motus demonstrandos applicaverunt, & nos cap. 4. prolixâ demonstratione hoc ostendemus.

stendimus. Nunc itaque ad motus reliquos corporis sonori pergimus.

Motus ergo h̄ic primò externus considerari debet, qui à causâ impellente oritur, quem impressionis vocat Verulamius in tractatu Anglico de variis motionum generibus, qui inter opera ejus postuma reperitur: ubi eleganter hunc motum appellat *Generationem Saturninam*, quoniam effectus devoratur à suâ causâ, ut in excitatione luminis, & soni, ubi sublatâ primâ causâ simul effectus tollitur: secus ut in motu assimilationis, quem idem vocat *Generationem Iovialem*, quod primâ causâ sublatâ, maneat tamen effectus. Externus ille motus parum ad sonum, nisi quod extrinsecus movet, confert. Debet tamen inter corpus sonorum & gravitatem impulsus quædam esse proportio. Quæ si defecerit vel excescerit, debito motu interno non movebitur corpus. Si clavis campanam majorem percusseris, non illum percipes sonum, qui dabitur percussu mallei vel pistilli proportionati. Imo si gravius, quam debet, sit percutiens hoc instrumentum, vel confringere poterit corpus, particulis ultra resiliendi potentiam motis.

Motum externum consequitur internus in ipso corpore, quo particulae aeriae vel æthereæ elasticè moventur, & aliquas extra corpus è meatibus protrudunt.

M 3

Cum

Cum enim affrictu hoc fieri videamus, in attractione electricâ, quidni & impulsu magis fiat, alio præterea motu minimorum cooperante. Jam vero inquirendum esset, quâ ratione minima corporum moveantur in corpore sonorè tenso. Cum itaque deficiant hîc sensus, ingenium vocari in subsidium debet. Minimis corpusculis componi vitrum, (nam de illo potissimum agimus) certum est, cum corporis hujus fabri ipsi simus. Minima illa exigua esse, & angustissima habere interstitia vel ex eo apparet, quod nulla corpora, adeò poliendo lævigari ut vitra possint. Interstitia tamen aliqua concedenda esse, nemo negabit, qui superius à nobis tradita attento animo legerit. Particulas deinde maiores per ignem formatas in vitro agnoscimus, quæ comprimi & resilire possint, prout aer inclusus movetur. Aer enim in duris comprimitur, in mollioribus elabitur.

Ingeniosissimus Leibnizius hanc motus rationem in tenso corpore multa cum cura versavit. Quam ut in Theoriâ motus concreti explicatam daret p. 64. fingit duplicaturas tubolorum, quibus componuntur corpora. Illos autem tubulos eo latere, quo aliud accipiunt, facit occlusos, in altero, quo alteri inseruntur, apertos, ut vicem præsentent embolorum ad sensum infinitorum. Quæ igitur difficultas sentitur in embolo extrahendo, dum aerem vasis pneumatici exaurimus, & quæ facilitas

litas reductionis est, cum embolum dimittimus, ac aer resorbetur, eandem ille in tubulis his & embolis exiguis concipit. Satis quidem acutè, si demonstrari ad sensus illa possint. Aliquid tamen huic motui analogum supponere nos ratio jubet. Nam ut rectè Berigardus Circulo Pisano part. 4. circ. 5. p. 398. *Sonare non potest scyphus vitreus, aut areum tintinnabulum, cuius tremunt singulae partes, nisi in quibusdam raritas, in quibusdam densitas producatur.* Debent itaque figuratæ eum in modum esse partes, & interstitia, ut ea densitas & raritas, quæ in compressione & dilatatione consistit, dari possit.

Aliam hujus motus internirationem instituit Joh. Alphonsus Borellus *libro de Vi percusionis*, qui, cap. 26. & cap. 31. docet: quod omnia concreta corpora, etiam dura & rigida conflentur è particulis flexilibus, quarum aliquæ vectis officium expleant; aliæ cunei; aliæ ad modum laminæ extensa sint, aliæ velut armillæ circumflectantur: inter quas innumera sunt spaciola, in quibus flecti possint, ac ad modum machinæ resilire, unde compressio illa & dilatatio oritur, quæ iteratur ad modum funependuli, unde tremor ille in corporibus. Demonstrat & ulterius propos. 97. Jam qui in spaciolis istis aer vel subtilis materia habitat, æquè componitur è spiris seu machinulis resilientibus, qua resilendi vi rumpi corpora solidissima videmus, ac pondera magnâ vi pro-

propelli, ut in catapultis pneumaticis. Nimirum quæ est in universo aeris systemate resiliendi potentia, ea minutissimis etiam particulis, præcipue si inclusæ sint, competit. In eo scilicet rerum quendam inanimatarum sensum aliquis consistere dixerit, quem integro libro, quamquam aliâ ratione, assertum ivit Thomas Campanella. Vitrum verò innumeris talibus constare armillis, sed minus flexilibus vero est simile: quod & deprehendere ex experimento illo Hookii de Vitro stillantio licet, cuius supra meminimus. Verulamius in laudato superiori tractatu, hunc motum trepidationis vocat, alio tamen sensu, quam Astrologi, corporum scilicet in perpetuâ quasi captivitate constrictorum. Quæ continuo tremunt & inquieta sunt, quia ab illo positu & situ liberare se volunt. Hujus ille motus exemplum quamquam in corde & pulsibus animalium propoenit, reverâ tamen & in corporibus sonoris concedi debet. Licet enim illic particulae non semper actu ipso & per se moveantur, quod fieri tamen interdum superius diximus, tamen in perpetuo mobilitatis statu sunt. Quæ si admittimus principia, (nam admittere nos ipsa rei evidentia jubet) facile hinc patet, quæ sit in corporibus sonoris tensio particularum. Comprimuntur enim machinae flexiles corporis sonori, quibus præcipue metalla constant: ut deprehendere licet, cum in minoris suis, quasi striis quibusdam dispersa, latitant, quas arctius posteâ conjungit ignis

ignis fusorius. **U**nus cum his coarctatur etiam aer interclusus & extra poros pulsus externum aerem moveat in infinitos circellosum: sed qui intra majorem gyrum, quem corporis sonori capacitas circularis definit, movetur. Qui gyrus si à corpore sphærico vel conico pulsato procedat, in figuram ellipticam comprimitur, ac in circumulum iterum retrahitur, ut ipsum corpus, unde emanat sonus, ovalem quandam figuram nancisci videatur.

Hujus motus interni vis demonstrari etiam hoc experimento posset, si verum est, quod è Galilæo, quamvis non nominet, Berigardus. part. 6. circ. 15. p. 685. proponit. **P**ortento, ait, *simile videtur, quod si quis laminam encam levigatam cultro radat stridoremque efficiat, variae linea in eâ exarentur, non ubi culter laminam tangit, sed in alia parte: si autem radendo sonus aris dispente vel diapason efficiat, tunc linea parallela conspicuntur, eâ proportione, quam exigit numerus harmonia, illæ verò exarari non possunt alia vi, quam circulorum, qui fiunt in aëre, & as pariter ac membranam auris afficiunt, eam gratâ proportione percutiendo, quâ deficiente stridor apparet ex percussu inaequali & injuncto. Idem quoque experimentum tentavit Daniel Bartoli, ac ulterius illustravit, libro toties laudato *Tratt. 3.c. 4. p. 145.* Mihi quid eâ de re judicem non liquet, cum ipse periculum non fecerim, Virorum interim*


doctissimorum fidem, & autoritatem, minimè vilipendens.

Cæterum non moventur tantum intus hæ particula, sed & expelluntur ad aliquam distantiam à corpore, ita tamen ut se reducant, quemadmodum pendula reciprocè mota, & tandem quiescant: idque in campanis majoribus etiam visu observari potest, dum circularis ejus figura velut in ovalem commutari videtur. Primum quidem uno in loco à malleo moventur particulae, hæ vicinas in orbem movent, & continuâ coarctatione elidunt. Imò verosimile est illud quasi systema particularum motarum, aliis motibus elasticis in ipsis minimis agitari. Sine hâc trepidatione & emotione particularum nullus fit sonus. Atque ita non solum in auditu, sed & in omni sensu vibratio particularum accidit, nec sine illâ sensatio procedit, maxima arguente, efficacissimas esse à motu minimorum operationes. Neque enim è crassiori & evidenti illo motu metiri sensus debemus, sed occultiore illo minimorum. Applicatio enim rei odoriferæ ad nares, rei sapidæ ad linguam, sensationem non facit, sed singularis quedam minimorum motus vibratorius. Id in contactu corporum videmus: ut enim minima se movent, ita sunt operationes. Aqua simplex linteo affusa pertransit, fortis eam corrodit, alias enim in hâc minimorum motus, quam in illâ. Evidem per-

persuasus sum multa in his latitare arcana, quæ nos causam ignorantes ad fascinationes, magnetismos, sympathias similiaque commenta referimus. **Vibrationes & tremores** radiorum lucidorum in visu quis non observat? & ipsi illi radii, quatenus emanationibus subjectorum permiscentur, suas quasdam vires nanciscuntur. Pitissando, aut guttulas aliquas linguae applicando, plus gustamus: nam minimorum vibrationes magis se per papillas nerveas diffundunt. Tactu subtilium corporum vibratio illa in titillatione sentitur, quæ magis interdum spiritus movet quam tactus aliquis validior, quo minimorum motorum vis obtunditur. In Odoratu vibrantur à corporibus effluvia minima, sive illa fricta provocentur, sive aere externo calido. Illorum etiam acutior sensus est, si non confertim nares impleverint, sed quasi punctulis vellicando. Tunc enim minimorum motus magis percipitur. Hunc motum internum partium consequitur aeris externi corpus sonorum in cavitate ambientis motus, nam ad cavitatem emoventur particulae, circulari illâ figurâ omni à latere ad centrum premente; Atque ille intra campanam perpetuâ decussatione fluit particularum internarum moventium impulsum secutus, diciturque undulatorius, qui eadem motus proportione per totum aëris, ut ita dicam, Oceanum se diffundit. Sed dubitari tamen potest, an ab illo undulatorio motu sonus, qui illo celerior, eumque

longè antecedere videtur. Nam in campanæ pulsu, primus statim ictus auditur, ac ipsa aëris undulantis fluctuatio dehinc auribus percipi potest. Quo appareret subtilius aliquod sono vehiculum præter aërem substerni, qui licet sine crassiore aëre formari non possit; ab illo enim tianitus ille undulatorius est: tamen illa aere subtilior materia harum aerearum undularum pulsus secundarios etiam deferre videtur. Quod aliquâ ex parte è sono campanæ in vitro evacuato probari potest. Observarunt enim sagacissimi inquisitores, tenuem campanæ pulsare sonum audiri, aëre crassiore excluso: ejus exigua tantum parte per siphonem admissâ, clariorem illum percipi: unde patet vehiculum ætheris, pulsus illos & primos, & deinceps, deferre: tinnitu autem, qui procedit ex aëris externi ad corpus sonorum ejusque particulas affricu, deficiente, ob crassioris aeris absentiam, præter pulsum unum vel paucos, deportari ad aures non posse. Non itaque radiorum tantum, quod aliqui volunt, sed & soni, vehiculum materia illa subtilis est, licet hujus motus tardior sit. Quanquam enim in exploso sclopeto è longinquo ignem prius videmus, quam sonum audimus: tamen si quis accuratè attenderit, tunc cum igne viso subobscuram aeris percussionem percipiet; sed sonus è fluctuum aeorum successiva collisione tardius propagatur.


Motus hujus undulatorii vestigia deprehendere possumus in scypho vitreo, si aqua ipsi infundatur: Nam si illum percussleris, aut digito madido oram eius supremam leviter strinxeris, rugas in aqua videbis magno numero, quasi sulcos aeris in figuræ ellipticas abeuntis, redeuntisque in circulum. Nam figuræ rugarum in aquâ, penè rectilineæ apparent, sed cum aliquâ crispaturâ. Iconismus figurarum in aquâ ille est, quem Daniel Bar-



toli, quoque exhibit. Ex earum figurâ patet aerem, è poris vitri emotum has strias ducere, similes illis, quas ventus transverso motu super aquæ superficiem latus excitare solet. Imò deprehendi ego in bullâ quâdam majori ad latus scyphi exorta, cum digitus illam partem premeret, quasi sibilum tenuis ventuli intra bullam agitati. Vidi quoque subtilissimas bullulas e vitri superficie,

quā illam tangit aqua, exortas, & ipsi aquæ supernatantes, manifesto indicio: quod emotæ subtiliores aeris vel ætheris particulæ has turbas excitent. In aquâ calidâ vehementiores etiam motus observavi, quam in frigidâ: nam particulæ jam tum motæ facilius moventur, quam quiescentes, & nisi me omnia fallunt, planè alius ille motus videbatur. Habet & aqua alium quendam motum, à crispatorio illo diversum, undulatorio similem cum latus scyphi percutitur. In digitî pressione, etiam superficies aquæ in orbem moveri videtur. Eundem, ego in campana, & catino aquâ impleto motum, crispatorium observavi, quâ in re discrepat à nobis Daniel Bartoli, qui *Tratt. i. c. 5.* non nisi orbiculares motus tum in aqua, tum in argento vivo, quo impletum erat vas, se observasse ait. Et est sane talis orbicularis motus in aquâ, qui à percussione procedit, quem in scypho vitreo, si accuratè attendimus, etiam notare possumus. Sed crispatorius ille, qui à tremore vasis provenit, in densiore illo argento vivo forte deprehendi non potuit. Aqua illum mihi ostendit. Imò attentius rem consideranti, quemadmodum in catino perculo uterq; motus apparuit: ita & in vitro celeriore agitatione digitî, mihi visus fuit, hoc modo, ut iconismus exhibet. Unde quasi tempestas, & nescio qui in simpulo fluctus excitari videbantur.

Ea-



Eadem ab horizontali illo in vitro statu inclinata, easdem strias sed deorsum tendentes in latere tantum percussionis monstrabat, incerto & fluctuante scyphi sono. Prout enim aqua ad oram scyphi se porrigit, ita tonus ingravescit, pro ratione spatii aerei, quod toti illi globo decedit. Nam si toto scypho aqua repleto, tonus penè ad diapason ingravescit; aqua ad medietatem infusa, quā in ovalibus illis scyphis circa partem protuberantem ingravescere incipit sonus, si inclinatur ad oram extremam, uno vel duobus tonis decrescit primus ille vitri tonus. Similiter fit in omnibus aquæ copiosioris infusionibus & inclinationibus, ut inclinata aqua uno aut summum duobus tonis superet planam. Quod ex tremore inæquali provenit, qui in uno latere aere repleto celerior, in altero aqua perfuso, tardior. Pro ratione segmenti vel amplioris vel stricioris variat sonus; quemadmodum

ad L

admodum cñorda, si semel percussa, verticillo adducitur, aut si plectro aliquo secundū longitudinem perstringitur, sonum perpetuo quasi fluxu, ob vibrationis successivæ vel imminutionem vel augmentum quasi cum gemitu quodam protendit. Vedit etiam Daniel Bartoli circello in aqua scyphi vitrei, ad sònitum chordæ in testudine pro gravitatis proportione maiores vel minores: sed obtusiores & rariores, cum pulsaret chordas soni acutioris, de quo ipse videatur *Tratt. 3. c. 4.*

Ex illis quæ hactenus adduximus, conjicere possumus, quam longè plures, subtiliores ac concitatiores in medio longè subtiliori ac puriori, aere sc., fermentur tales undulæ. Patet & ex hoc experimento, quanta sit sonori corporis diversitas, cum per medium crassius propagatur sonus. Qui etiam pro majore vel minore medii densitate variat. Sic longè est concitator motus in spiritu vini infuso, ut guttulæ penè ad ulnæ distantiam, è vitro dispergantur, ac bullulæ quædam in medio liquoris vorticis instar glomerentur. Quod in aquâ non ita fieri observabis. In cerevisia, oleis, aliisque liquoribus spissioribus ne minima quidem notatur corrugatio, ac obtusius sonat vitrum. Hanc ob causam solent nonnulli Oenopolæ vini præstantiam è sonor vasorum, judicare. Quo enim clarius vasa sonant, eo præstantius vinum est, quò obtusius & densius, eò magis feculentum

tum & impurum. Quod cum non intelligent homines similes, mirantur sepi cemptores quasi harjolarione quādā illa sibi vasa feligere, quae ipsi sibi servare malent, ac quorum præstantiam ipsi dissimulant. Sonus in media aqua conceptus exilis est, & è longinquo quasi auditur, ut experimento hominis in puto sub sigula clamantis probat Verulam. *Sylv. Sylv. Cent. 2. n. 155.* Scyphus vitreus leviter sonat eo tono, quem aqua infusa dedit, si voce vel unisona vel diapason provokes: cum ad tubæ sonum longè fortius ille consonet, & majori impetu aqua moveatur. Ejus accuratam mensuram facilimè isthoc parato inieris, si scyphorum capacitates & liquorum pondera inter se contuleris. Ego in modicæ quantitatis scypho vitreo conico, aquâ ad summum impleto, sonum ad diapason ingravescere animadverti: plus minus verò in aliis, pro eorum figurâ & capacitate. Tradit quoque Verulamius observatum esse nonnullis, vas vacuum digito percussum diapason edere, respectu soni ex vase replete. Hinc aquâ pene ad medietatem scyphi conici infusa uno tono gravior sonus est; qui semper, pro aquæ augmentatione, per minora intervalla magis ingravescit. Cujus hæc ratio: quod, cum minor sit vibratio vitri (in primis conici; nam in cylindricis aliter res se habet) circa pedem, major circa medietatem: maxima circa oram extremam; iis quoque gradibus sonus gravior fiat. Id fieri similiter

O

in

in poculis metallicis videmus. Quò magis miror elegan-
tissimum Philosophum du Hamel de affectionibus cor-
porum lib. 1. c. 10. extremo contrarium scribere: Quod
quò plus aquæ scypho vitro insit, dum in orbem acto
digito aqua crispatur, sonus acutior efficiatur, quia tum
celerius sit aquæ vibratio, & quò minus sit aquæ, hoc
sonus sit gravior. Planè enim repugnat experientia.
Longè autem alia ratio est vibrationis in fistulâ, cuius il-
lic exemplum idem affert Autor. Inciderat jam ante
in eundem errorem Baco Verulamius. Is in Sylvâ Sy-
lvarum seu Historia Naturali Cent. 2. Observ. 183. ita ha-
bet: *Vitreum poculum, præsertim infra arctius & su-
pra laxius aquâ reple, marginique ejus talitrum impinge,
aqua deinde intervallis repetitis magis magisque ef-
fusa, tonum semper talitro explora, senties decrescere
sonum & graviorem fieri, quò poculum inanius. Quæ
falsissima sunt.* Video & Kircherum in Musurgia lib. 9.
idem dicere. Auditur interdum & falsus tonus oram vi-
tri fricanti, sed invariabilis, qui à pede scyphi provenit:
Is enim, si satus & cavus, sonum habet ab ipso scypho
distinctum; semperque præ primario ejus sono auditur,
nisi sub ipso scypho columnam digitis teneas, quo vi-
brationis ad pedem transitus prohibetur.

Quæ hactenus diximus, ad motum internum ~~cor-~~
poris, quatenus medio diverso comparatur, pertinet. ~~Sunt~~
&

& aliæ sonorum vicissitudines & effectus ratione corporum inter se comparatorum, ut chordarum & tympanorum varii generis, & ratione aliorum corporum, figurâ, mole, parium vel imparium, quæ omnia excutere hoc in argumento operosum nimis videri possit. De iis in sequentibus nonnulla, ubi occasio dabitur, attin-
gemus.

CAP. VII.

Vltra pro varietate figure sono variant. Scyphorum vitreorum per vocem fractorum qualis figura? Ac in scypho superius coarctato validius moveatur. Partes in cavo vitri plus mouentur illis, qua sunt in convexo. Suspicio de externo aore partes cavitas in vitro persumpente. Diversitas soni, quo vitri sonus provoca-
tur. Vox ad rubrum accedens fortius ferit vitrum. Ejus causa. Cavitas reflectit varie sonum. Sonus speculo Parabolico collectus. Auri strucura. Tuba Stern-
torophonica. Buccina Alexandri Magni. Iconemus co-
jus à Kirchero productus. Alius ab illo diversus. Quid
de illa sentendum. Ejus experimentum cepit Dr. de
Alance. Sonus ex harpagio intensissimus. Spelunca
subterranea. Immanes boatus & tempestates ex illis
per sonum excitata. Tussis in vallis montium rives

O s

de.

deturbat. Dolæ subterraneæ adiuvum sonitum augent. Ferribilis per canalem fremitus excitatus. Fons ad tibiæ sonitum se effundens. Fons in Helvetia nomine subter vocatus funditus exaltuare dicitur. An vitrum, per sonum ex percussione densatum citius, quam per charum rumpatur. Tabula vitrea è longinquæ etiam sono pulsatur.

Accidit etiam in Scyphis vitreis, ut pro diversitate figuræ diversi sint soni: quemadmodum in campanis, quæ vulgari modo formantur, fieri videmus. Omnes enim plures habent tonos aliterque sonant, cum in margine extremo; aliter cum medio; aliter, cum in apice pulsantur: nam simplici figurâ non continentur, sed spirali lineâ curvantur: validissima vero tensio ac particularum vibratio in extremo margine est, ubi maxima est crassitas & capacitas. Scyphi vitrei, qui voce franguntur, tunc suntque figuræ esse possunt, modo alterius generis vitro non variegati; aut bullis, nodis, similibusq; ornamentis incrustati, lineis vel striis excavati, quibus soni fluxus impeditur & adversus vim vocis firmari potest. Neque nimis sint exigui, quales tonum acutiorum habent, quam ut vox ipsi respondeat. Quos Daniel Bartoli voce fracto vidit, ii sex septem digitos, dempto pede, alti; orificium eorum tres quartæ digitos latum fuit. Si scyphi nostri vitrei, qui voce ruptus est, figuram consideremus,

ca

ea ad ellipticam, ac quodammodo circularem vel ovalem inclinat, cuius segmentum exhibit. Eum enim in modum formantur scyphi illi, quos Germanicā lingua *Kömer* vocamus. Figura vero eorum cum simplicior sit, quam campanæ, non adeò variat sonus, nisi inæqualis crassities vel temperatura sit. Tum enim impurus sonus eorum est, ut est chordarum illarum, quæ inæqualis sunt crassitiei, & falsæ à Musicis vocari solent. Vitrive-ro ipsius particulæ eò magis tenduntur, quo magis aër intra cavitatem scyhi conclusus est, quam in campanâ, ac pulsu agitatus in se reflectitur. Quod circa vitri medium accidit, cui eam ob causam os clamantis potissimum obverti debet. Nam sanè sonus in scypho talis figuræ aërem externum ad latera validius impingit, nec tam expedite foras propellit. Ut videre licet in scypho rotundo, angustioris orificii, ad duos circiter digitos, cuius sonus omnis cessat, quod aër exterior non effluere liberè possit. Simulac autem orificium amplius redditur, pro ratione amplitudinis, sonus incrementum capit. Observes & hoc, longè esse vehementiorem motum aquæ intra cavitatem vitri, si pulsas, vel dígito marginem perstringas, quam exterioris aquæ, si scyphum cum aquâ infusâ; aquæ imponas. Exterior enim aqua convexus scyphi partern alluens, modice quidem crispatur, sed non cum vehementi ista agitatione, quæ intus deprehenditur. Quæ me cauta-


dubium aliquando habuit, an non potius ab externo
aëre vitri partes concavas interius repercutiente fractura
vitri deduci debeat. Convexa enim citius à cavâ su-
perficie, quam à convexâ rumpuntur. Ut s̄epe in sphæ-
rulis vitreis observatur, quibus aer cum violentia se in-
trudens, fundum facillime excutit. Sed nulla hic talis
externi aeris coactatio est, ut ab hâc causa procederet
possit.

Debet & ejus capacitatis esse scyphus vitreus, qui
non excessu suo superet conatum clamantis. Nunquam e-
nim in majore scypho vitreo idem Oenopola iste tentave-
rat. Quanquam & h̄ic rem successuram non dubitem,
in primis si fortior vox sit. Illud etiam accuratè observavi:
multum referre, quo sono, claro, an obscuro vitri so-
num provokes. Si enim vox vocalium A, E, I sonum
exprimit, nunquam ita validè sonabit vitrum, quam si
ululanti similis U Italicum exprimat. Tum enim ve-
hementius tremit & sonat, ad majorem etiam distan-
tiam: quod in tabulâ quadratâ vitrâ observavi. Ejus
tonum cum explorasse, dabam alicui ad 50 pedum di-
stantiam ex adverso tenendam, angulo aliquo extremo:
ita tamen, ut rectâ linea vocis meæ sonus incidere in
centrum tabulæ posset. Quem cum diapason à tabula
sono discrepantem, ut in scyphi vitrei rupturâ, edere
ululatu quodammodo similem, satis clarè, ut ipse es-
audi-

audire possem; consonabat tabula. Quod vix ad 20.
 pedes fiebat, cum clariorem sonum ad vocalem A, E
 vel I accendentem ederem. Cujus rei ratio in eo consi-
 stit, quod talis sonus, ob rotundationem oris, & spiri-
 tus è cavitate quâdam, intra quam reflectitur, egressum,
 quasi inspissetur, & cum flatu quodam emittatur; quod
 non fit in clarioribus, qui è gutture aperto dimittuntur.
 Sic cornua ob sonum in cavitate toties reflexum densius
 sonant, ac longius audiuntur, quam tubæ, quæ rectio-
 res sunt, & circa extremum cavitatem per gradus dila-
 tata habent, ac ad vocalis A sonum accedunt. Quid
 quod ipsa literæ  figura, soni sui formationem & tu-
 bæ extremæ formam repræsentet; ut  vel  cavita-
 tem cornu, ac soni sui ex ore rotundato prodeuntis spe-
 ciem exhibet. Linea vero transversa iu  prohibere
 quasi videtur, ne lineæ arctius coeant, ac vim illam,
 qua lineæ spiritus sonori distenduntur quoda[m]odo innuit.
 Ob eandem rationem Buteonis vox longius exauditur,
 quam eorum animalium, quæ vocem emittunt clariorem.
 Norunt etiam Germani veteres, quod in militari clamore,
 (teste Tacito libro de Moribus Germanorum,) ~~objicit~~ os scutis plenior & gravior vox repercutitur intumescat.
 Non aliâ de causâ in speculo Parabolico soni in unum
 punctum colligi possunt, ac ejusdem speculi opera fieri
 potest, ut qui intra lineas fertur sonus è longinquò et-
 iam audiri, & alio simili speculo procul in uno centro
 col-

colligi ac multis modis reflecti possit; Quæ mira videbuntur illi, qui hujus rei rationes ignorat. Soni enim eodem modo ut radii lucidi, immo plus quam illi reflecti & augeri possunt: ut à præstantissimis Mathematicis demonstratum est. Proinde non est adeq' improbabile, quod Ventlamius in *Sylvæ Sylvarum* cent. 2. n. 121. exagit: potuisse à quoipam ope speculi urentis è domus tecto detegi conſpirationem aduersus Reginam Mariam; Existimat enim: percusionem aeris solam ex ejusmodi speculis nullum edere sonitum. Hinc vides animalia auditus sensu præ cæteris prædicta aures habere in segmenta elliptica vel parabolica formatas: & eisdem figuræ instrumento, quod farbadan Hispani vocant, auditus juvatur. Tuba quoque Stentorophonica, præprimis illa, quæ in conum affurgit, frequenti repercussione sonum multiplicat, ut ad aliquot milliaria audiatur, & dudum ante hanc tubam inventam Marius Bettinus in *Apiae. Matrem. Programm. 2. prop. 7.* tubum ellipticum fabricare docuerat, quod sonus etiam submissus ad ingens spatium propagatur. Nam tuba nimis dispergit sonos. Qualia artificia antiquis etiam fuisse cognita, è buccinâ illâ quæ Alexandro tribuitur, quâ exercitum alloqui & convocare solitus fuit, apparet. Illam Kircherus primum in *Arte Lucis & Umbra*, hinc in *Phonurgiâ* in lucem produxit. De quâ, occasione ita ferente, quædam afferam, quæ à Kircheri designatione

tione discrepant. Nam in eundem librum, cui titulus: *Aristoteli secretum secretorum ad Alexandrum ex Arabicō in latinum conversum*, quod Alexander Achitlinus unā cum aliis dubiæ fidei opusculis Bonon. 1516. edidit, incidi. In cūjus frontispicio figura istius buccinæ aliter depicta visibatur, quam ea, quam in ejusdem libri antiquissimo Codice Vaticano se reperisse ait Kircherus: Nam apud Kircherum duæ figuræ habentur. A.B. Primæ totus circulus exhibetur, in cūjus tenuiore



parte orificium, crassiore exitus tubiformis appetet, al-

tertia figura B canalis elliptici, ea est, cuius ex Mario Bettino supra mentionem fecimus. Sed ille ob arctiorem extitum vocem exilem tam latè spargere nequit. Convenientior multò ad hos usus illa figura est, quam Cl. Dn. Collega noster Reiherus, è tubâ Stentorophonica reformavit, ut in iconismo D representatur. Tertia figura C, iconismus est ejus buccinæ, quā Alexander ulys dicitur, in isto quem legi libro, quæ quam differat à superioribus, hīc apparet. Ultra propius ad istum effectum præstandum accedat; ego non dixerim. Fortassis res tota fabulosa est. Nam apud Historicos ejus rei nec yola est nec vestigium. Illa quam ego produxi figura ad soni diffusionem. non tam apta videatur, quam figura A: cum figura C circulari illa convolutione, & exitus coarctatione, sonum in ventre hujus machinæ auctum, in exitu suffocare videatur: nisi forte qui duo pedes hujus machinæ videntur, tubi sint, per quos sonus collectus spargitur. Sed cui tum usui duplex orificium & duplex exitus? An quod à duobus inflari debet? At altera illa figura A per semicirculos æ qualiter crescentes, in crassissima parte orificio obversâ, sonum per gradus auctum expellet. De Alexandri buccinâ, an primæ, an tertiae figuræ, mihi non constat. Hamelius de corpore animato libr. 2. c. 4. testatur: *Inter complura que in banc nem vir Cl. Du d' Alance facienda curavit, omitti non debet illa, qua Alexandro buccinâ*

tri-

tribuitur, quæ exercitum suum alloqui solebat. Cujus figura cum jam in veteri codice Bibliotbeca Vaticana esset exarata, atque à Bitino descripta, an eventu rem ipsam comprobaret, Vir studiosissimus voluit experiri, & res ipsa bene processit. Nam id genus tubæ cetera in banc rem fabricata instrumenta, si minus superare, aquare certo videtur. Quis ille Bitinus, vel quæ hic figura intelligatur, ab Hamelio, non dixerim. Ipla quoque descriptio buccinæ C., quæ in memorato libro additur, multum à Kircherianâ discrepat. Hæc enim figuræ huic addita verba leguntur: *Hoc aeneo cornu mirabili artificio fabricato Alexander Rex Magnificus ex LX milia-ribus exercitum suum convocavit.* Quod ob illius inextimabile artificium & excedentem magnitudinem LX viris regebatur. Verum multa resonantium metallorum genera in eius compositionem concurrebant. Nihil horum apud Kircherum legitur. Quanquam omnia confita credam, ut ipsos illos libros, quibus præfigitur, notare tamen diversitatem illarum relationum volui. Quantum ex experimento Dn. d' Alance superius allato colligitur, ultra tubam Stentorophonica sonum non exten-dit, buccina ad ejus exemplum confecta. Sed Alexan-drinæ illa forte multo major fuit, ut esse sanè debuit, quæ ad Cstadiorū & LX mill. iñanem distantiam sonū disper-geret. Quomodo in tubâ Stentorophonica sonus augea-tur, prolixe integris libris demonstratum est, quæ omnia

Breviter proponit Dionysius passim in Memoriis suis Gallicè scriptis, de Anno 1672. Procedere talia soni augmenta etiam in aliis tubarum figuris, nuper casu aliquo didici, cum inciderem in harpagium, instrumentum quo hortulani in rigandis herbis uti solent. Tubo enim E' protenso varios immittens sonos ruptos, quales labrorum motu in tubis formari solent, mirifice illos in vase illo cylindrico augeri deprehendi: cum vero inciderem in illum, qui cum vase conspirabat, tam validum sonum observavi, qui ad latera latrinæ F, quasi bisectus,rupto illo & aspero tubæ clangore insonaret, ut fauces, pectus os, aures tremore illo non sine dolore aliquo concutentur: cum reliqui soni omnes obscuriores, & in eo ipso sono, laminæ superioris margine paño obducto, abrupta illa asperitas cessaret. Ex illa multiplici soni repercussione provenit, quod in locis cavis & conclusis levis sonus pro magnitudine loci in immensum protendit, quod experientur illi, qui in fôdinis laborant. Idêoque non est omnino hoc a vero alienum, esse lacus aut speluncas, quæ lapidis exigui jactu horribiles boatus effundant, aut vapores emittant, tempestates cientes. Poteſt enim talis cavitas repleri variis vaporibus, ad fermentandum aërem aptis, qui levi motu ebulliunt, & spiracula sua aéri immittunt. Faciunt huc, quæ ad speluncæ illius, quæ vocatur auris Dionysii, & ad cavitatis in monte Vesuvio descriptionem prolixe adducit Daniel Bartoli tratt. 4.c.7.

Ean-

Eandem ob causam periculosa tussis est in valle, quam
undique montes prærupti nivibus recti cingunt. Nam
ut Claubergius in Physicis suis *tb. 687.* observat, sonus ille
repercussione ad montis latera nivium globos movet,
ut casu suo ambulantem obruant. Ita vas a vel dolia
sub ædibus in terram defossa, ipsas ædes faciunt sono-
ras, de quo in Aristotelis problematibus. Spectat huc
quod Verulamius *Sylv. Sylvar. cent. 2. n. 140.* proponit:
Est in campus S. Iacobi, inquit, *canalis lateritus, cui*
lacunar quoddam humile contiguum, et ad cuius extre-
mum rotunda domus ex lapide. Canalis ille fenestram
babet, domus fissuram, aut modica latitudinis rimam.
In banc immissa vox terribilem circa fenestram excitat
fremitum. Forte & occultiori alicui cavitati subterraneæ,
intra quam sonus reciprocatur, adscribendæ, si ve-
ræ fuit; istæ operationes, quas de fonte in Halefinâ re-
gione commemorat Solinus *c. 11.* qui alias quietus, cum
insomierunt tibiæ, exultat & tollitur ad cantum, &
quasi vocis miretur savitudinem, ultra marginem intu-
mescit. Cui simile est, quod de fonte lacus IV Civita-
tum Sylvestrium, narrat Wagnerus in *Histor. Natu-
rali. Helvet. sect. 3. artic. 22.* eum, si ter voce clarâ
nominetur, mox tanta vi moveri, ut subito inde
homines sedere cogantur: illum autem, qui ita voca-
vit, eo anno non supervicturum. Verum si hæc causa
subesset, non ad tibiæ tantam, aut nominis sui sonum,

sed ad quemcunque moverentur. Vereor itaque ne
hæc fabulosa sint. Posteriorem certe Historiam ipse
Wagnerus inter illa quæ dubiæ fidei sunt reponit: neq;
ejus rei veritatem cum vitæ suæ discrimine facile quis
periclitabitur. Ne longius abeamus, ipsa auris nostræ stru-
ctura testatur, ad soni augmentum requiri cavitatem
aliquam, quæ hanc cum locis, unde Echo prodit, simi-
litudinem habet. Singularem modum, quo chordarum
sonus per percussionses frequentes augeri possit, propo-
suit Perrault. *de sono. part. 2. c. 12. p. 156.* & Baco Verula-
mius in *Sylv. Sylvar. Cent. 3. n. 232.* qui ea de re legan-
tur: nam nos in hunc excussum delapsi sumus, occasi-
one soni per oris cavitatem aucti, quem fortius ferire ta-
bulam vitream, & scyphum diximus, quam sonum cla-
riorem, per Vocales A, E, vel I formatum. Neque
tamen id temere dixerim, pinguiori illo sono citi-
us rumpi scyphum, quam per clariorem. Quanquam
enim illo validius sonat, clarius tamen, quia acutius ferit
& stringit vitrum, forte majori in certos vitri tractus im-
pulsu fertur, ut facilius frangatur. Quæ omnia ulteriori
disquisitioni relinquo.

Interim videre è nostro de tabulâ vitrâ experi-
mento superius adductio licet, quanta sit sonorum simi-
lilium ad tantam quidem distantiam, forte & majorem,
conspiratio: cum discrepans vocis sonus, quanquam
lon-

longè fortior ne tantillum quidem soni tabulae incutiae. Cum scypho vitreo, ut existimo, res istâ distantia non succedit: planities enim tabulae magis aëris pullum recipit, quam convexitas scyphi. Nec dubito, quin eodem modo rumpi tabula possit, quod scyphus: æquè enim fortiter, ac scyphus sonat, præcipue si os centro tabulae admoveas. In cæteris enim partibus tenuior sonus est. Id quoque observavi consonare tonos subordinatos in tabula, si eosdem voce edas, consonante etiam tantillum sono primario. Flatus enim quicunque levem sonum tabulae incutit, sed quem vix observes. Ille vero exterius tantum pulsat, interiora autem vitri non vellicat.

CAP. VIII.

Fractura Vitri ex qua causa proveniat. Cur vitrum non in multas partes minutas disfliat. Vis percussione continuatione ingrauescit. Exemplo mallei clavem fagentis & trabis murum percipientis illustratur. Scyphus vitreus frangitur per sonum frictu digiti excitatum. Campana etiam frangi possunt contrariis percussionibus, & filo campana circumposito. Phiala vitrea aqua calida immersa distenditur, gelida immersa coarctatur. Ejus causa Hobbesii sententia de motu minimo.

rum

rū in duris corporibus. Idem spbalmata in visione efficere creditur. In quo consistat ratio fragilitatis. Tā de causa, nālātā, pīesā, wīlā, dātālā. Quò vitrum sit referendum. Kircherus notatus. Fractura in vitro per vocem percussō pene regularis. Illustratur exemplo vi- tri per ferrum ignitum & aquam ad persam fracti. Eo- dem modo saxa frangipossunt. Rupes ab Hannibale fracta. Afferitur adversus Polybiū & Naudaum.

Satis, opinor, ex iis, quæ prolixè differuumus, pa-
tet, quæ causâ vitrum rumpat: datâ enim primûm
tali conditione materiæ ex armillis parum flexili-
bus constantis, dato etiam eo, quod moveri ac compri-
mi illæ ab externo impellente & undulis illis aereis pos-
sint, fieri poterit, ut ultra resiliendi potentiam compres-
ſæ particulæ diffiliant, ipseque aër vi quâdam erumpens
ipsum vitrum rumpat, eâ regione, quæ quam maximè
ab aere impellente stringitur. Neque necessum est, ut
vitrum in plurimas minutas partes diffiliat, quemad-
modum fit in stillatio illo: cum armillis contiguis per
unam lineam fractis, spatium concedatur reliquis, ut sc.
reducant: ac cessat interruptâ continuitate motus. Quod
vero hoc simplici talitri alicujus pulsu non contingat,
causa est, quod motus particularum longè sit debilior,
quam à pulsu aeris intima vitri tensione continua nec
interruptâ prementes. Accedit quod ipsa energia & vis
pet.

percussionis se ipsa per continuationem istam major fiat. Eadem enim estratio armillarum concreti corporis semel motarum, quæ funependuli: Nam si superveniat secundus ictus in termino resiliionis, vis illa impulsiva duplicatur; tertio, quarto, quinto pluribusque impetus semper accrescit, ut demum ruptura sequatur. Sed forte continuitas impulsus resilire particulas emotas vix patitur, ut nullus sit vibrationum occursus, cui rupturam vitri adscribit Dn. de Perrault. Illius pulsus vehementia, vel ex mallei percussione demonstrari potest, qui cum clavum ligno infigit, singulis percussionibus vires suas duplicat, & ut Borellus *de vi Percussionis*. cap. 27. prolixè ostendit, ad centum librarum gravitatem semper augetur: ut si primæ percussionis evenerit 100 libris, altera 200, tertia 300, atq[ue] ita deinceps respondeat. Quam vini imaginari nobis similiter in vitro per vocem percussio possumus, cuius major est, quam bacilli alicuius percipientis gravitas, ut quæ non uno in loco tantum ferit, sed totam particularum seriem simul impellit. Quemadmodum enim trabs aliqua muro secundum longitudinem impacta, omni arietate fortius pulsat; cum quot in trabe puncta sunt, totidem sint mallei; ita punctula illa aeris singula, ut malleoli pulsant, & ut cuneoli distendunt, quæ præter pulsum simultaneum, continua pressione semel motis particulis incubant. Quæ pressio etiam ex stridore illo, qui in vitro per vocem mo-

to auditur, patet: nam stridulus ille sonus è compressione inæquali & multiplici particularum oritur, ut cum ferrum limatur, unde illud innumerus vibrationibus subfultat. Observavit quoque Dn. de Perrault scyphum vitreum fractum fuisse à continuo oræ extremae per digitum frictu: nam & sóni continuitas eadem hic est, & perpetua particularum emotio, quanquam non adeo valida, ut in vociis impulsu. Quare validiora vitra hunc in modum non frangi posse, sed tenuiora tantum existimo.


121. 139

Sunt & ipsæ campanæ à rupturâ non immunes, si cum in uno marginis extremi puncto pulsatur, eodem tempore quis punctum oppositum percussat. Nam uno & eodemque tempore contrahentur & explicantur circuli, unde ex conflictu motus æquæ validi ruptura eveniet. Imò Joach. Fortius Ringelbergius in Experimentis Encyclopædiae sue adjectis, haec notat: campanam maximam, si pulsatur, vel tenacissimo filo circumdatam, fundi. Quod si verum est, in primis particularum emotionem demonstrat, quæ etiam levî impedimento à suo cursu deturbata, ad rupturam corpus suffocata quasi repercussione, impellat.

Sunt & in parte convexâ scyphi talis vitrei, potius patentiores, quam in parte cedncavâ, quod non solum de laminis vitreis inflexis verum est, ut dicitur. Dolens lus

lus propositione 104. sed & de vitris per insufflationem excavatis ; ut itaque aëreæ istæ particulæ velut cuneo-li quidam poros amplius ad rupturam usque distende-re possint. Præterea omnia ista corpora , quæ per ignem fusorum compacta, rectioribus prædicti poris vi-denatur, cum adeò facile divellantur. Ipsa etiam metalla fusa citius rumpuntur, quam malleo diducta, quod recti-tudo pororum ob vehementem contusionem turbata.

Ut planius faciamus, quod hactenus de modo, quo vitrum frangitur, dissertavimus, juvat asserre, quæ acutissimis Borellus in libro laudato proposit. 105. com-men-tatus est de vitreâ phiala, quæ intra calidam aquam subi-tò immersa, meatibus suis distenditur, capacioreque sic manifesto documento, quam minima vitri dilatari & constringi possint, ut minus proinde mirum sit, à voce certâ posse penetrari. Sit phiala vitrea A B C



ejusque fistula tenuissima A B, impletatur aqua usque
ad

ad D. Immergatur hæc in vas E F G H calidâ plenum,, & subito deprimetur aqua à signo D usque ad O. Eximatur statim: (nam si illic relinquatur, ulque dum omnis aqua incalescat, illa supra D ascendet, cum infinitis bulbulis, aeris transmissi receptaculis) Mergatur intra aquam glacialem subitò, & aqua usque ad I adscendet. Quotum effectuum ratio hæc Borello datur, quod immersione in calidam corpuscula ignea extimam superficiem vitri penetrantia, non secus ac cunei, vitri amplitudinem augent, unde vas is capacitas crescit, quam ut impleat aqua descendit. E contrario in gelida aqua rursus coarctatur vitri superficies, & capacitas vitri minor fit, uade aqua elevatur. Hujus rei veritatem innumeris se aliis experimentis probasse ait, inter quæ & illa sunt, quod lamina vitrea curva, si ejus convexa superficies aqua vel panno calido tangatur, magis incurvetur, & contra si cava superficies calefiat, statim ejus curvitas imminuat. Patet hinc, cum convexa superficies patentiores meatus habeat, facilius illis posse insinuari particulas, quam superficie i cavæ. Ideoque nec sonus ita auditur, si vox Icyphi cavo imittatur, quam si foris impellatur, tunc enim & undulatio aëris liberior est.

Non discrepant illa ab Hobbesii sententiâ, qui in *Problematibus physicis cap. 5.* rationem duritiei in corporibus explicaturus, durissima corpora illa esse ait, in quibus

bus partium motus & velocissimus est, & intra spacia brevissima : quæ duritiei ratio licet non omnibus duris competit, his tamen quæ sonora sunt præ cæteris apta est. Itaque si ignis, in quo motus partium valde velox est, sed in spaciis majoribus, satis vehemens sit ad superrandam duri resistentiam, faciet ut partes duri motum suum exerceant in spaciis majoribus. Atque hinc illa distensio vitri, & majorvitri in aquâ calidâ capacitas, quæ in frigida iterum restricta. Hinc est ille partiū in vitro conatus ad motum perpetuus, unde causam deducit, quare lacryma vitrea, velut arcus tensus, è pedunculo, velut centro reductus, in minutissimas partes frangatur. Ex eodem conatu partium internarum in vitro , quam vitrum ait acquisivisse è fusione & refrigeratione, putat idem provenire, quod in speculo corpora non eo ordine in uno positu videantur, quo videntur in altero: cui rei aliam tamen ego subesse causam existimaverim.

Hunc conatum partium internarum , accedente earum collisione , in corpore non usque adeo tenaciter misto, necessario denique sequitur fractura. Si corpus percussum in se ipsum sedit , & secundum aliquam sui partem locum mutat, ut cera, plumbum, nulla fit percussio. At cum solidum corpus, quale vitrum, etiam voce percutitur, totam illam percussionem simul admittit, omnesque partes moventur, & secundum mitionis

suæ naturam franguntur. Est verò vitrum inter τὰ
 θραύσα, quæ in multa fragmenta dissiliunt. Θραῦσις
 est, cum in partes plures, quam duas corpus abit, ut te-
 sta, vitrum. Cujus rationem dat Aristoteles τὸλλος
 ἔχειν ταχαλλάτηλας τόργες, cum illa quæ con-
 tinuas habent particulas & καλαντὰ vocantur, plerumq;
 in duas partes dissiliant, ut lignum & os: κάλαξις enim
 designationem minus fallit, & partem illam, quæ inter
 plagam media est, pro vecte habet, hypomochilum sunt
 extrema. Inter corpora porro alia dicuntur τιεσὰ, in
 quibus est particularum μελάσασις. & quæ compres-
 sionem admittunt: illa si permanet, ut in plumbo & au-
 ro, πιλῆτα vocantur: si vero contra pressionem ni-
 tantur, ἀπιλῆτα. Vitrum vero, ut inter τὰ θραύ-
 σα est, quæ in multas partes dissiliunt, certâ ratione
 ob partes in illo renitentes inter ἀπιλῆτα referri de-
 bet. Atque id de omni vitro verum est, ut imutilis pla-
 nè sit opinio Kircheri in Phonurgia libro 2. scđt. 1.,
 p. 193. cum putat, vitrum facilius rumpi per vocem pos-
 se, si è tali materia præparatur, è qua lacrymæ vitri
 parantur. Prodiit, inquit, præterlapsis annis inventum
 vitrum certa aqua ita præparandi, ut unum ejus frustu-
 lum in extremitate ruptum totam massam in insensibi-
 lem pulverem redigat. Si itaque ex hac materia vitrea
 ampulla confletur, non dubium, quin voce graviori in-
 sonata ampulla è vestigio dissolvatur. Miror hæc exci-
 disse

disse tanto rerum naturalium promicando: cum sanè omnibus confiter, non præparari certam materiam ad talia vitra, sed rationem fractionis in vitri externa figurâ, & certâ compositione consistere, qualis dari in poculo vitro nequit, quod orificio aperto ad soni formationem indiget. Quando itaque motus minimorum in vitro producitur, partes, quæ percutiuntur, quasi præcurrunt cæteras, quas cum aliæ consequi non possunt, distractione mutuâ à se discedunt, cum major ad movendum vis est, quam retentio unitiva. Esse autem motum in vitro regularem quodammodo, & in orbem successivū, ex eo patet, quod non in plures partes scyphus abeat, ut in percussione, eâ parte, qua impetus maximè urget, sed in duas, secundum scyphi peripheriam: planè ut circulari ferro cædenti vitri particulæ certâ serie moventur, quæ affusa gelidâ se statim reducentes, ordinatim franguntur. Eo enim exemplo non sanè incongruo usus est Hamelius, in rationem vitri per vocem fracti inquirens. Minimorum enim ultra resiliendi potentiam motus rupturam efficit.

Huic simile in vastissimis rupibus dèprehendas, quænum partibus per ignem vehementissimum ad motum incitatis, subita frigidæ affusione se reducentibus, totæ laxorum moles finduntur. Quod in Svecia sèpissime fieri cognovimus. Ut ita dubium mihi non sit, eadē arte Annibalem olim Alpes rupisse, licet fabulosum hoc ha-

hoc habeat doctissimus Naudæus de studio militari. lib. i.
p. 243. & seqq. operose adversus Livium, Plutarchum, Appianum, Eutropium, Æmilium Probum, Afrianum Marcellinum, Paulum Orosium, Silium Italicum disputans, & Polybius unum, qui hæc refutat, tot aliis opponens. Non est hic locus omnia quæ è Polybio adversus Livium & alios afferuntur argumenta, vel ipse Naudæus excogitavit, discutere: ego putem non contemnienda tot hominum testimonia, antiquâ præterea famâ confirmata, dum & Herculem ante Annibalem eâdem arte transgressum Alpes crediderunt. De eo enim ita Silius.

Primus inexpertas adiit Tyrinthius arces.

*Scindentem nubes, frangentemque ardua montis
Spectarunt superi, longisque ab origine seclis.
Intemerata gradu magna vi saxa domantem.*

In eo errasse autem omnes puto, quod aceto usum esse existimant, Annibalem, qui aquâ utebatur. Cum enim inaudita fuerint ipsis hujus rei experimenta, falli facile potuerunt, ut per putrefactionem cum acetô emollitas fuisse rupes crediderint. Certè adeò graphicè Livius hæc describit lib. 21. ut vix fraudi locus esse posse, nisi hoc uno, videatur. *Inde ad rupem minuendam, per quam via una esse poterat, milites ducti: cum cedentibus esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis, detracatisque, struem ingentem lignorum faciant, eamque omnibus venti apta faciendo igne coorta esset, succendunt et adem.*

dentiaque faxa infuso aceto putrefaciunt; ita torridam incendio rupem ferro pandunt molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed et elephantum educi possent. Hec Livius: Cui Plinius lib. 33. c. 4. fert suppeditias. Metalli fossores (ait ille) silices igne & aceto rumpunt. Quod Africanis, ut bonis metallurgis, non adeò ignotus fuisse verosimile est. Sed de his alio loco plurib^o agem^o.

CAP. IX.

Quae causa, quod per diapason vitrum rumpatur. Diapason proportionem duplam habet. Undule in scypho aquâ impleto dividuntur à sono octava. Diapason perfectissima consonantia. Facilis in omnibus instrumentis, tibiis, tubis, voce, ad octavam prolapsus. Dubia contra banc sententiam mota. Vitrum revera per diapason fractum fuit, et per unisonum quoque. In vitri tonis explorando decipi possumus, ob misturam aliarum consonantarum et ipsius octavæ. Illa aut superior sonus eligitum debet. Sonus gravis movetur et augetur à sono octava. Soni raritas in vitro auribus sape imponit. Testes allegantur Vitri per Octavam rupti. Hamelinus. Kircherus ex dissertatione eâ de re scripta. Experimentum Florentinum de scypho vitrea unisona eborda Violini majoris per subitam in diapason accutio-

tiorem commutationem fracta. Alia de Oenopolâ Amstelodamensi relatio, de fracto vitro per subjectionem Octava unisono factam. Rejicitur. Rationes super hoc argumento à Daniele Bartoli adductâ. Nostra sententia proponitur.

UT vitri fracti rationes demonstraremus, etiam montes & faxa sollicitavimus. Ab illis ad vitrum nostrum redimus. Quare nihil, ut vidimus, resedit difficultatis in eo, quod ita dispositum particulis vitrum sit, ut subeunte aere movente, ille à se divelli, ac vitrum rumpi possit. Id nunc dispiciamus, quam ob causam ad rupturam usque moveantur vitri minima, à voce, quæ octavâ superat tonum vitri. Moventur verò & ὄμολόνω voce, & si diapason insones, quo vitrum mihi fractum: Reliquis tonis ne auditur quidem sonus, nisi levior aliquis, quem flatus exterior movet. Diapason enim cum sit harmonia omniū perfectissima, ac absolutissima, & omnium consonantiarum complementum, hanc prærogativam habere videtur. Habet namq; Diapason rationē duplam, ac numeris exprimitur inter se eam proportionem habentibus, quæ integris non fractis numeris competit ut $\frac{1}{2} : \frac{4}{3}$. Quibus significatur minorem numerum ita esse in majori, ut nihil sit residuum: que modum 1 bis est in 2, & 2 in 4. Hinc Galilæus Galilæi observavit undulas in scypho vitreo aquâ impleto, sono octa-

octavæ in duas partes dividi. Testatur & Berigardus,
Circ. 15 part 6. Videre, inquit ille, *in scyphis aquâ impletis*
licet circulos aqueos priores interfecari ab aliis tenuiori-
bis exortis, statim atque sonus intenditur ad Diapason.
Idque in aere similiter fieri interpretandum est. Hinc fit,
quod ob celeriores & frequentiores vibrationes, disso-
nantia in acutis sonis non ita observatur, quam in gra-
vioribus. Longè alia proportio est in cæteris consonan-
tiis. Rationem harum proportionum eleganter tradi-
dit inter veteres autores Græcos, Aristides Quintilianus
de Musica lib. 3. quem unà cum cæteris edidit ac doctissi-
mis notis illustravit Marcus Meibomius, è ponderibus,
quæ chordis appenduntur: nam duo pondera appensa
diapason faciunt. Quid quod Galilæus, Mersennus,
Honoratus Faber unica pulsatione chordæ etiam con-
sonantias sonare demonstrant, inter quas præcipua est di-
apason: quod in cæteris corporibus sonoris, campanis
ac vitris non semel observavi, ut & in tubis & fistulis, in
quibus facilimus ac primò obvius est soni ad diapason
transitus. Hinc fit, ut, cum diapason rationem duplam,
reliquæ verò consonantiae proportionem quodammodo
irrationalem habeant, ac inter se sint incommensu-
rabiles, ita ut semper supersit aliquid; sola diapason
moveat sonum sibi commensurabilem in corpore, quod
jam tum consonantiam diapason continet, & fortius
quidem ob vim motus duplo vehementiorem. Vide

de laudibus diapason Pappum libro de *Consonantius cap.*
 6. Si quid ad rem pertineret, multâ hîc de consonan-
 tiis & numeris πυθαγόρεω possem: sed illa tinniunt
 tantum, nec quicquam demonstrant. Qui ea re dele-
 statur, adeat Aristidis Quintiliani librum, quem modo lau-
 davimus. In chordis eandem consonantiae diapason-
 vim observat Baco Verulamius *Sylv. Sylvarum. n. 297.*
 Disdiapason verò debilius sonum vitri lacerat, quia egre-
 di videtur sphæram consoni corporis, ob angustiores vi-
 brationum periodos. Earum consonantiarum tationes
 in omnibus corporibus sonoris prolixè demonstravit Dn.
 de Perrault, libro de Sono *part. 2.c.11.* Mersennus in
 tractatu de Tubâ de re eâdem plenius agit. In arborum
 sibilis, in caminis, cum aerem virgâ, scuticâ, stringimus,
 idem observamus. Nam unâ illa parte adstricta,
 alterâ libera, secus quam utrinque adstricta corpo-
 ra, omnes recipere tonos possunt. Imo chordæ, quam-
 vis tensæ, à vago ventorum impulsu, pro uno sono vari-
 os edunt. Pertinet huc, quod Isaacus Vossius libro de
Poëmatum cantu p. 109. observavit: paucitatem forami-
 num in veterū tibiâ, non obfuisse varietati soni: cum uno
 foramine pro inspirationis mensurâ tres redi potuerint.
 Quod voci humanæ præsertim infantibus & iratis etiam
 contingit, ut quando spiritus velocius currit, illicò vox
 nullis factis gradibus ad diapason, &, si celerrime fluat,
 ad disdiapason ascendat. Fallor an hinc octonarius nu-
 me-

merus in proverbium perfectionem significans apud
Græcos abierit! Πάντα ὄκτω.

Hæc ante decennium scripseram, cum primum ejus rei experimentum fieri apud Petterum viderem, neque aliter observare tum potui, quam vitrum per diapason fuisse ruptum. Ac mihi certè ipsi in vitro tenuiore res successit. Postea in interpretem Epistolæ meæ Belgicum incidens, deprehendi, dubium apud illum de hoc sono moveri, illumque afferere, non nisi unisono tono rumpi vitrum posse. Ac fateor mihi ipsi unisono tono ruptum non ita pridem fuisse vitrum. Dispiciendum itaque nunc amplius est, & in rei veritatem inquirendum.

Ac primò quidem noto, non parum difficultatis esse saepe in vitri tono accurate definiendo. Solet enim cum primo tono etiam octava sonare, interdum etiam alii toni in vitris impurioris soni. Quibus casibus *υαλονλάσης* noster tonum eligere superiorem jubebat, & ipse eligebat, vitrum, in quo soni varii erant, fracturus: cuius ego multa specimina vidi. Unde patet, quemadmodum acutior sonus tali casu prævalet in frangendo vitro etiam octavæ sonum unisono præferendum, ut qui duplo celerioribus & fortioribus vibrationibus movetur. Ut præferendus omnino est, quando sonus cum octavâ

R 2

mi-

miscetur, quod regulariter fieri solet, ut è digitis frictu patet, per quem sonus facile ad octavam extendi potest. Imo vix differre diapason ab unisono videtur, cum ad soni augmentum chordis gravibus acutas jungere soleamus, unde unus ex utroque compositus ad aures perducitur. Et vero falsum est, quod aliqui è Mathematicis existimant, sonum gravem quidem octavam acutam movere, non verò vice versâ acutum octavam gravem. Nam Daniel Bartoli *Tratt. 3. c. 3.* planè contrarium deprehendit, cui acutâ octava pulsata, sonus chordæ gravis festucam validissimè dejecit. Sed ipse tamen potius in illam inclinat sententiam: quod vitrum potius per unisonum frangatur, quam per octavam.

Alia quoque difficultas auribus etiam accuratis simis in explorando vitri tono imponit. Quia enim sonus vitri non adeò densus est, ut in campanâ & aliis corporibus, sed rarer, ob tenuorem substantiam. Ideoque s̄epe accidit, ut tonus gravis habeatur, qui reverâ acutus est. Qua de re dubitasse s̄epe exercitatissimos Musicos observavi. An ergo mihi etiam hoc auditus sphalma, an aliis etiam viris doctis interdum imposuerit, non temerè dixerim.

Sunt sane Philosophi doctissimi, inquisidores rerum naturalium sagacissimi, qui eâ in re priori meæ senten-

tentiae ad stipulantur. Hamelius *de corpore animato lib. 2. cap. 4.* cum mentionem facit hujus experimenti apud Clarissimum & maximi nominis virum, Justellum idem-
tidem instituti, rem omnem his verbis proponit: *Primum ad quem velut tonum partes vitri sint composite, ex levi talitro aut digiti percusione exploratur: tum vox ipsa buic tono accommodatur, & paulatim augetur, dum ultra diapason vel octavam pervenerit: partes vitri insensibiles iteratis ictibus percusse, tremulo motu agitantur, quin crescit, eum oportunis plagis feriuntur; adeo ut impetu aucto tandem dissiliant.* Observes hic, etiam ultra diapason extendi sonum debere, quâ in re ipsum falli certum est: Quando & Kircherus de hoc ipso ex-
perimento in Phonurgiâ sua agit, laudat dissertationem de hoc experimento mihi nunquam visam, quæ ean-
dem de vitro per octavam rupto sententiam tuetur. *Prodiit, inquit, non ita pridem in Bataviâ opusculum, cui titulus: de ventricosa ampulla vitrea ruptura fono vocis causata, inventore quodam Hasflurgo Opifice vitriario.* Et hoc pacto experimentum monstrat: Explorato prius vitrei vasis s. ampulla fono per previam pul-
sationem, deinde per orificium vitri, vocem ita accom-
modatam insonat, ut ad sonum vitri supra diapason
fere exalteat vocem i. e. quasi paululum supra octavam
seu diapason, consonantiam harmonicam Musicis notam
in dupla proportione consitentem, ex quo mox consequi-
tur

eur vitrei valis ruptura. Videamus eadem hic dici, quæ
 apud Hamelium habentur: sed sono ultra diapason nihil
 effici certissimum est. Adduci etiam hanc in rem de-
 bet experimentum Florentiæ institutum, cuius meminit
 Daniel Bartoli, tratt. 3. c. 8. quod ipsis ejus verbis hic
 inseremus: *Prendasi il vero tuon del biccbiero, e su una
 gran viola la corda che gli risponde all'unisono. Con essa
 accostatosi, quanto il più si puo da presso al biccbiero, si
 suoni col barchetto ben calcato quella tal corda, ma te-
 nendo senza alentare per quattro, cinque, più o meno
 battute la medesima intensione del medesimo tuono, fino
 a vedere, e sentire il biccbier fortemente agitato dal tre-
 more che ne baurà conceputo. Allora saltisi subitamen-
 te col barchetto su la corda che rende bottava acutâ; e
 suonisi con velocità è buon polso, e incontanente il biecc-
 biero darà lo scoppio, che il mette in pezzi.* id est *Ex-
 plora tonum scyphi verum, & stringe chordam violi-
 ni majoris, qua ipsi tono respondet.* Admove chordam
 scypho, quoad fieri potest, & per quatuor, quinque plus
 minus, plausus Musicos, stringe arcu fortiter chordam,
 usque dum valide consonet vitrum: tum è vesti-
 gio arcu stringe chordam, octavâ acutâ sonantem, &
 velocissimè sonabit vitrum, usque dum rumpatur. Non
 vedit ipse Daniel Bartoli hujus experimenti successum,
 quod sanè & mihi mirum videtur. Minoris enim vi-
 lioni chordis vitrum ad sonum commotum nūiquam

ob-

observeare potui. Sed multæ sunt experimentorum minutæ περισσατεις, quæ non recte observatæ dubiam reddunt experientiam. Ideoque suo loco rem illam relinquo. Existimat idem Daniel Bartoli multum hic in voce sūtum esse, ut robustioribus faucibus etiam octavā & quintā rumpatur vitrum, cum ordinariè unisono frangatur. Affert & idem relationem de Caupone illo Amstelodarnensi, quam Florentiā acceperat; quæ ita se habet: *Temperabat Caupo vocem ad scyphum in unisono, quem manu fortiter tenebat: Hanc vocem, cum per aliquod temporis spatum continuasset, uno tractu vel in superiorum vel inferiorem sonum commutabat, & in hac mutatione frangebatur vitrum.* Non succedebat autem illa semper mutatione vocis acutæ in gravem, sed gravis in acutam conversione, ac præcipue quando uno tractu saltum faciebat ad octavam. Hæc respondent aliquæ ex parte superioribus: quæ tamen ego falsa esse αὐλόπηγος testis profiteri possum. Cæterum prolixè ille & ingeniosissime in rationes verosimiles inquirit: quare è subjunctione octava post unisonum rumpi vitrum possit, quarum summa hæc est: vitrum ab unisono simplicibus vibrationibus primùm motum, in sequente octava pene eodem tempore ad motum alium impelli, & quoniam duobus obsequi motibus non possit, rumpi. Si res ita se haberet, dicerem potius, ideo frangi vitrum, quod per unisonum emotæ semel particu-

ticulæ, acuto sono; duplo intensiori; acutioreque compressione ad fracturam usque moveantur. Verum Daniel Bartoli potius ad illam sententiam de vitro per unisonum rupto inclinat: in octavâ autem ex accidenti tantum fracturam contingere existimat. Nos in hoc divertio experimentorum & sententiarum constituti ad unisonum potius, quam ad octavam nunc propendemus; postquam de velēgai Φεοντίδες prioribus accesserunt: ita tamen, ut per octavam eundem etiam effectum de velēgw̄s obtineri posse existimemus.

CAP. X.

Quâ ratione vitri partes à sono homogeneo moveantur. Res omnis ab impulsu & motu procedit. Trachea vis in voce emittenda. Omnium instrumentorum sonos emulatur. Ejus memorabile exemplum. Mirabilis est & humano ingenio inexplicabilis vocis humana & animalium varietas. Pulchritudo corporis è voce à Caco dijudicata. Fistularum varietas mira apud antiquos. A laxitate tracheæ gravitas soni. Trachea leonis & vituli. Annulorum tracheæ adductio. Tuba cobleati sonum vebementer augent. Qualis Voci humanae impulsus. In illo solo non consistit causa vitrum frangens. Vitra non consonant omnibus tonis. Pororum

rum vitri cum motu aeriarum particularum configura-
tio accedere ad impetum debet. Ehus in omni sono ne-
cessitas. Probatur suffragio R. Boilii, exemplo fulgu-
rationis. Motus configurativus, pertransitus, poli-
ticus, Verulamii. Necesario in rerum natura admis-
tendi. Vox nibil aliud quam aer certo modo figura-
tus, è sententia Epicuri & Aristotelis. Illustratur exem-
pli turbinis. Democriti quanam sententia? In vitro
moventur per frictum particule crassiores, ut odo-
rem gravem spargant. Subtiliores per aeris affiectum
proportionatum moveri possunt. Particula quadam
moventur in corpore, quiescentibus reliquis vel reluctan-
tibus. Illustratur exemplo Cylindri Orbicularis. Ap-
plicatur ad motum partium in vitro. Quia ab exter-
no aere non procedit sonus, necessario provenit ab inter-
no. Internus excitari non potest, nisi per configuratio-
nem meatuum & particularum. Particulae aereae vel
atthearae primò moventur: hinc reliqua. Proportiones so-
norum in natura radicata. Experimentum singulare.
Eadem proportiones in vitro sunt. Configuratio par-
tium è proportione corporum sonorum amplius often-
ditur. Variis experimentis doctrina hac illustratur.
Vis soni singularis & mirifica in humore Tarantula mo-
vendo.

Accedimus jam proprius ad illum operandi modum, quo vitrum voce movetur. Quâ ratione vero nondum hunc expeditum dabimus? Obscura enim, ista sunt, & ut sensum, ita intellectum fugiunt. Id tamen apparet corpuscula undularum aërearum voce, propulsatarum hoc præcipue in sono poris vitri esse configurata, ut eos subeant; in reliquis tonis non ita. Ab impulso enim & motu rem omnem procedere satis quidem patet: eum verò in singulis sonis definire, vix humanæ est industria opus. Qui cum ab asperâ arteriâ formen-
tur, ejus quoque compositio consideranda est. Illa o-
mnium ferè instrumentorum soni vicem gerit: nam vi-
bratur & tenditur instar chordæ, ut tremulum illum mo-
rum & visu & tactu deprehendere possimus, ac fistulam
quoque imitatur. Quare mirum non est fuisse, qui be-
neficio hujus tracheæ omnia instrumentorum sonos
exprimere potuerunt, ut ejus exemplum notavit de la,
Cerda. comm. in Eclog. 1. Virgilii. quod hic adducere
non gravabor. *Novi juvenem Hispanum in regia Phi-
lippi Regis magni, prodigia similem,* quâ cum nullas
sciret litteras, neque prima ipsa Musices elementa, tamen
gravissime modulabatur, & ore ipso exprimebat voces
omnes omnium instrumentorum, arene, tibie, buccie,
clasci, cornuum, organorum: ad bac scopetorum,
fibila, eris tinnitus, bombos omnes. Dicebat verò, in
vita pastorali usum se tantum magisterio rupium, &
arborum,

borum, cum in eas ventus ingruit, atque edit varia murura, si repitus, sonores, raucedinem, mugitum. Tum etiam attendisse ruentium fluminum cataractis, & fragoribus, & inde excepisse quidquid sciret, non aliunde. Si quis audiret duntaxat, neq; videret, putaret se mera instrumenta, non humana vocem audire. Refert & Pontan. Att. Bell. p. 653. novisse se idiotam quendam, qui organi cantus vario flexu vocis & linguae referret: & Dn. de Perrault exemplum affert alicujus, qui solo ore tubæ sonitum imitari potuerit.

Constat vero trachea innumeris annulis cartilagineis, quibus aer per spiras evolvitur, maiores, cum gravior sonus est; breviores, cum acutus est: tum enim trachea tenditur, & ob minorem tubi cavitatem minoribus spiris aerem emitit. Hinc crebriores & fortiores sunt vibrationes, quam ubi in trachea remissa spiris majoribus decurrit aer. Spirales enim aeris in fistulis & tubis motus esse e tubis vitreis, si paululum aquæ immiseris, deprehendas. Eosdem enim motus in aquâ observabis. Non potest vero humano ingenio satis exprimi mirabilis illa vocis formatio, cuius pene infinitæ sunt in variis tum hominum tum cæterorum animalium tracheis modificationes, quarum rationes qui demonstratus sit, (mathematicis autem legibus illæ constant) nax is homine mihi major habebitur. Exercuerunt hic,

præter Anatomaticos, ingenium suum Kircherus in Musurgia, lib. 1. Dn. dePerrault. lib. de sono part. 2. cap. 12. ac plures alii. Sed parum illa ad hujus rei indagationem occultiorem faciunt. Quis unius hominis explicet vocem, cuius alia est in singulis modificatio. Ut enim vultuum, ita vocis est diversitas. Ipsa denique, quomodo per loquela*m*, affectus varios, in singulis minutis varietur, quis unquam explicabit? Imo quod mirum, adeo conformatio[n]em omnium partium consequitur vocis ratio: ut fuerint cæci, qui cum hominem non videant, è vocis tamen sono, prout ille vel ferocior, vel modestior, vel asperior vel savor, de pulchritudine & formâ ejus accuratum tamen formarint judicium. Quâ de re in libro *de paradoxis sensuum* pluribus agemus. Vocis sono percellimus, solamur, blandimur, persuademus, & mille aliis modis eum ad varios usus determinamus. Hinc factum credo, ut naturam æmulantes antiqui, instrumenta pneumatica, proximè ad tracheæ formationem accendentia, præ cæteris excolerent. Ac mirum sane est, tot fistularum fuisse antiquis formas, nostris hodie Musicis ignoratas, quibus illi ad varios modos & affectus feliciter usi fuerunt. Minimè enim promiscuus eorum fuit usus, ut nunc est, cum nullum instrumentorum delectum instituimus, sed ad omnes modos omnia indistinctè adhibemus. Diligentissimus in tibiarum recensione & explicatione fuit Casparus Bartholinus,

Patris Celeberrimi Filius Clarissimus, in erudita de Tibiis commentarye: ubi triginta pene earum species, distinctosque usus proponi videas.

A tracheæ hujus laxitate & longitudine gravitas soni est: quam singularem notarunt, qui Parisiis caderaver leonis secuerunt. Nam in ejus trachea annuli omnes fuerunt integri, præter unum aut alterum laryngis annulum, cui 2 linearum latitudo ad 4 digitorum circuitum integrum vix defuit. Ex laryngis rimula gravitas & acumen vocis quoque dependere creditur: unde sunt, qui vituli graviorem quam bovis boatum, ex hâc causâ deducunt, quod illa vitulis, quam bovibus laxior. Ipsa quoque oris & palati conformatio multum ad gravem vocem confert. Verosimile quoque est illos tracheæ annulos à nervis recurrentibus adduci, aut diduci, ut spiritus erumpens sono certo tendatur: cum iis rescißis animalia sonum amplius non edant. Sunt quoque qui annulos illos existimant esse velut totidem folium plicas, quæ diduci debent illâ inspiratione. Hæc adductio annularum ad augmentum soni maximè facit. Unde & tubi illi, qui ad formam illam quadamtenus accedunt, præ cæteris sunt sonori. Quorum circuli si ad modum tracheæ adduci & remitti possent, etiam variatio sonorum pro libitu dari.

dari posset. Taliū tuborum cochleatorum varias formas Kircherus in Phonurgiâ suâ exhibuit.

Quando itaque vox protruditur, necessario trachea per annulos suo modo tenditur, & ipse spiritus inde expulsus, non modo certo impetu fertur, sed & minima ejus, pro tracheæ vibrationibus, quas manu pectori impositâ sentimus, & annulorum dilatatione, motibus à primo illo diversis, agitantur. Totus ergo cylindrus ille aëreus ex ore procedens & vitro impactus, quasi sagitta à nervo percussa fertur, moturus aliud quoddam corpus similiter tensum, vel plenâ inter impellens & corpus tensum proportione, vel pro partibus commensurabilibus divisâ. An ergo impetus iste aeris tensioni particularum in vitro respondet, easque movere aptus est? Daniel Bartoli causam adæquatam in solo impetu & vi-gore soni reponit. Sed cur idem in cæteris tonis etiam acutioribus non evenit, in quibus impetus fortior est? Quod fieri omnino deberet, si in solo impetu res considereret. Testatur quidem Dan. Bartoli *tratt. 3. c. 4.* ad quemcunque sonum sibi respondisse vitrum. Putat itaque non è tremore harmonico, sed solâ percussione, moveri vitrum. At ego testari possum mihi ad dissonos tonos etiam fortissimos nunquam sonuisse vitrum, nisi cum uno circiter tono à vitri tono abessem, aut in consonantias inciderem; tum enim obscurum aliquem sonum

num deprehendere mihi visus sum, & nonnunquam in vitris misti toni, ille consonare audiebatur, in quem forte fortuna vox incidebat.

Aliam itaque causam præter impetum subesse, vel illi jungi oportet. Debet figura pororum in vitro ratione soni esse diversa, quam forte ab insufflatione artificis, aut aliunde acquirit. A majore enim vel minore compactione sonus variat. Debent porro & ipsæ particulae per vocem extrusæ ita esse comparatae, ut pro ratione tonorum variè figurentur, quæque hoc tono subeunt poros vitri moventque ejus particulas; aliis tonis nec subeant, nec moveant. Cumque duplex sit in actu illo externo motus, vibratorius à tremore tracheæ procedens, & spiralis ab annulis istis cartilagineis, ab illo ingressus in poros, ab hoc impetus derivari forte poterit. Nam sanè quicquid alii etiam dixerint, verissimum est, è celeritate, modificatione, & configuratione minimorum rem omnem illam pendere. Pulcherrima est Viri illustris Boilii super hoc argumento dissertatio in libello *de insigni efficacia effluviorum*, c. 4. Unide aliqua excerpam, cum mirifice rem nostram illustrent: *Quemadmodum*, inquit ille, *motus celeritas vim conciliare potest corporum emanationibus*; ita alia esse possunt modifications motus, qua non parum conferre eodem possunt, nec prorsus hoc loco sunt negligenda. Ut enim

enim majora corpora secundum has illasve modificationes operari videmus, multumque interest inter effectum ejusdem teli vel jaculi, ita conjecti, ut ejus mucro semper antrorsum vergat, ac rursus ita vibrati, ut durante motu ejus progressivo, extremitates circum gravitatis centrum internasve quasdam partes volvantur, ut tum fit, cum pueri bacillos jaciunt, ad fructus ex arboribus decutiendos; sic minimè dubitandum est, in ipsis corpusculis perinde non esse quoad ipsorum effectus, utrum cum rotatione, an citra eam moveantur, ac utrum tali vel tali linea, an cum vel sine undulatione, tremore, talive consecutione; & ut verbo dicam, utrum motus talem vel talem habeat modificationem particularem, que quantum variare effectus motorum corporum queat, ex motoribus illis appareat, qui in aëreis particulis ab instrumentis Musicis efficiuntur. Hæc Inquisitor ille naturæ maximus, cuius si tractatum, quem illic allegat, de Harmonicorum sonorum viribus, haberemus, multa doceri forte poteramus, quæ ad nostrum hoc argumentum spectant. Quod si & alterum ejus tractatum, quem de Positis corporum & figuris corpusculorum, ab ipso c. 5. ejusdem libri citatum viderelicuisse, multa & inde ad illustrationem hujus rei depromi poterant. In illo enim de relatione inter corpusculorum figuræ & crassiorum corporum poros ex professo agit: cum illo cap. 5. pauca tantum ejus argumenti attingit, nimirum effectus ful-

fulgurationum, quæ partim ad celeritatem & modum appulsus, partim verò ad distinctas figuræ, & magnitudines corpusculorum destructivam materiam componentium, nec non ad peculiares relationes inter illius naturæ particulas, ac eorum, quæ invadunt corporum strucaturam referri posse videntur. Qualem configurationem etiam in sonis eorumque effectibus, ac longè subtiliorem esse, res ipsa clamat. Duobus itaque motibus illis, quos Verulamius in Anglico illo tractatu postumo de variis motionum generibus, configurativum & pertransitivum vocat, quosque in naturâ inquisitu difficultimos esse ait, effectus ille determinatur. Quibus accedit tertius ille motus, quem Politicum & prædominantem vocat: quo alii motus subordinati diriguntur, ut saepe fit in vitris, cum superior tonus inferiores etiam ad motum per contiguitatem impellit, si æque validus sit, vel altero validior: nam si debilior sit, exiguo quodam tractu contentus, seorsim sonat tono simili provocatus: quod ego saepissime in vitris observavi: Verulamius eleganter ait: videri effectum talem *avalitio*, qui reverâ non sit: & extasi quâdam animum corripi, ubi in rerum illarum inquisitionem descendit; quæ videntur potius secundum experientiam, quam secundum causas examinanda. Sunt quidem, inquit ille, multa in rerum naturâ ultimato *avalitio*: inter illa tamen referti talia non possunt. Existimamus enim certum esse

consensum & harmoniam partium in universo, cuius observatio nulla instituta est. Et huic ille causa ex parte motus magneticos adscribit, juncto tamen altero motu pertransitivo, quo corporis minima apta sunt alterius corporis poros pervadere. Videmus à solertissimo viro eadem animi cogitata precepta, quæ postea Boilius clariori luce illustravit. Sunt vero in hoc negotio illa pro solo quodam & fundo huic disquisitioni substinentia, nec inter Chimætrica ingeniorum phantasmarum referenda.

Ut ad rem nostram illa quæ diximus accommodemus, certissimum est vocem emisam certo modo figurari, & ab illo motu & modificatione in dolem nancisci à reliquo aëris corpore diversam, quod vel è repercuSSIONe patet. Id antiquissimi Philosophi jam dudum notarunt, nam & Pythagoras primus ille Harmonicorum sonorum & acerrimus indagator. Vocem esse aërem certo modo figuratum. Tò χῆμα, *Figura*, (c Pythagoræ sententiâ refert Plutarch. 4. de Placit.) que in aëre ciusque superficie fit, certo ex iōn (κατὰ ποιῶν, πλῆξιν) evadit vox a quâ doctrinâ nec Aristoteles discordit. Epicurus profundius rem hanc rimatur, cum ait. τὸ ῥεῦμα ἐις οὐρανός γένεται φύγει τεθεῖσα φράγματα. Hanc fluxum aëris in frustula similibus figura committit. Quod ad sensum, è vorticibus & turbinibus illis, qui astante compone non-

num-

nunquam oriri solent, demonstratur, certum enim aëris tractum in vertiginem commovent, omnibus aeris particulis, à primo impulsus principio usque ad terram, & pulvere aliisque corpusculis facile mobilibus per eosdem gyros contortis. Differt verò Epicuri sententia hác in re à Democrito. Epicurus existimat voce ab ore emissa, primitivam illam vocis effluentis texturam confingi in complures minores texturas, illas iterum in alias, sed adhuc minores, Prototypo illi formâ per gradus immixta, sed aequali tamen respondentes. Democritus vero putat sonum extendi per propagationem: sono enim in myriades minutorum fragmentorum conformato, quodlibet fragmentum contiguum sibi aërem in texturas, Prototypo respondentes; & illas eo modo formare deinceps contiguas ait. Quæ nos suo loco relinquimus: nemo enim si vel tam acutum viderit, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, horum motuum figuræ determinabit. Ex effectu tamen ipso sentimus, necessario dari debere certas aeris moti figuræ, quæ impulsu certo in objectum ferantur.

Postro & Vitro suos esse meatus, inque illis particulas facile mobiles, prolixè à nobis supra demonstratum est. Scilicet, ut Verulamius in modo laudato tractatu ait: *in corporibus naturalibus nulla est vera & absolute quiete, vel totius vel partium ratione, nisi appa-*

renter, id Boilius singulari de absoluta corporum quiete libro, ac in alio de atmosphæris corporum ulterius explicuit. Illic enim p. 22. de vitro agens, ostendit è frictu vitri mutuo, se non modo odorem sensibilem, sed adeò quandoque gravem, ut offendere, deprehendisse. Patet & hoc ex eo, si ceræ sigillatoriae incensæ guttulæ super vitrum stillent; illas pene arctius illi, quam ipsi ligno inhærente. Particulæ enim viscidæ hujus ceræ valide per ignem motæ viscidias illas vitri partes, quæ alias emoveri possunt, hoc in loco evocant, atque iis arctius se uniuant, quam in metallis similibusque corporibus, licet minus politis. Atque hinc ex illo affrictu electricitas vitro quoque conferri potest. Quando itaque vitri partes viscidiores per frictum moveri & expelli ex ipso vitro possunt, ut secum rapiant corpuscula exilia. Quidni subtiliores particulæ per affrictum vel pulsuum aëris in sono è vitro excitari possint?

Posse vero corpuscula certa moveri in aliquo corpore, vel quiescentibus reliquis, vel contranitentibus, negari non debet: nam cum in corpore composito coagmententur variæ figuræ corpuscula, protinus illa locantur & texuntur inter se diversis modis, capacitas ad certas motiones & commotiones illis simul intexitur. Non itaque semper æqualiter recipiuntur pulsus, sive ab aëre illi, sive ab alio corpore infligantur: particulis enim in qua-

qualiter positis, illi quasi discerpuntur, neque tam latè se extendunt, quemadmodum sit in corporibus, quæ *πιεστα* vocantur, minusque sonant. At in iis, quæ sonora sunt, ut vitrum, resistentia est partium, sed cessioni quasi mixta. Gaudent enim elatere suo particulæ, sive illæ aeriæ vel æthereæ sint, sive ipsius corporis integri. Quæ nulla sui parte cedere possunt & æqualiter resistunt, minus sonora sunt, neque rumpi tam facile possunt. Quare Marcus Marci alicubi observat; saxa illa, quæ surda vocantur, ac minus sonant ad sustinendum tormentorum impetum in muris esse aptiora. Videmus in Cylindro, è laterculis, quibus ludi solet, coagmentato, quem volumus orbiculum posse è medio illorum exturbari, reliquis iterum coeuntibus, si globulo aliquo è tubo pneumatico expulso, rectâ & celerrima percussione feratur. Sed cum obliqui ictus aut lentiores sunt, plaga non tota infligitur, sed latere uno tantum stringetur. Ideoque aliâ ratione movebuntur laterculi. Orbiculi quoque metallici pro ratione impulsus vario modo ab aliis orbiculis moventur. In quibus gravitas etiam motum determinat. Gravitas enim orbicularum, major quam in ligneis, gravitatem aliam externam & velocitatem desiderat, ut quo velimus modo, moveatur. Nam rudi hoc exemplo, quod profundissimas in Mathesi speculationes admittit, ut eas maximo ingenio Marcus Marci in libro de *proportione motus* proposuit, eo sc. capite,
quo

quò de proportione motus orbiculorum tam ad se, quam ad motum orbiculi contigui, à quo impelluntur, agit) etiam minimorum motus, ob oculos poni possunt. Ut enim Cylindrus ex orbiculis componitur, ita è variis particulis corpus. Ut gravitas orbiculorum mutua motus determinat, si impellens vel æquale, vel levius, vel gravius est: ita & in particulis corpus quoddam constitutæ cibis gravitas quædam mobilis est, è tensione procedens, à particulis aereis pro ratione incidentiæ & pulsus vel leviter vel fortiter mota.

Tales motus per sonum homogenetum in vitro fieri dubium nullum est. Moto enim aere per vocem, ubi sonus dissonat à vitri tono; nihil movetur vitrum, vel parum admodum, nunquam tamen ita, ut rumpi eo sono possit vitrum. Nam debilis vox consona sonare vitrum facit; dissona, etiam fortissima, non movet vitrum. Ideoque cum tonus ab externo non incutiatur (similiter enim tum omnibus tonis fieret) sed intrinsecus velletur particulae, ille motus per meatus vitri, circulis aeris configuratos, transfundi debet. In dissonis vero tonis aëris particulae forte obliquioribus ictibus motæ, per superficiem devolvuntur: ut alias fieri solet in superfcie convexâ. Nam quemadmodum sonus in cavis cistularibus majorem vim acquirit; ita in convexis cunctis perdit, reflexis lineis, & in alias partes dissipatis.

via quadam aeris particulis configurata, impressionem motuum admittat, quod fit in tono consono. Aer autem ubi fortiter comprimitur, ut fit in sono, teste Veturamio, aequaliter durum corpus.

An vero vitri partes primariò, an aeris vel æthereæ moveantur, dubitari possit. Ac verosimile est primo partes aëreas, vel potius æthereas, consequenter verò cæteras moveri, ut & supra diximus. Nervi enim moti aut vocis emissæ sonus non est continuum quiddam, sed è motibus discretis conflatus: ita aëris non externus tantum, sed & internus unicuique rei præsens ad soni rationem movet: ita, ut si soni fuerint in proportione dupla, aeri eandem proportionem imprimant, & sic deinceps. Atque illa proportio quasi æternis legibus in natura fundata est, adeò ut Kircherus observarit, foraminibus circularibus, proportione harmonica ampliatis, in pariete chartaceo, ita tamen, ut chartæ circulares non plane excentur, sed aliqua parte cohærent, immisum ventum ipso stridore suo consoniarum tonos exprimere. In tubâ id quoque videmus, in quâ toni non nisi harmonicè crescunt. Spiritus enim intensio & proportio ordinem naturæ in numeris & sonis sequitur, ipsaque illa aeris concitatio tensorum corporum proportiones in consonantiis sequitur; quod in ventorum pulsibus ipsis observare possumus, cuius impetus intra diapason

U

tref-

crescere videtur, quod vel ex eo appareat, cum in chordas resphas, rudentes navium, arborum ramos incidit. Quare & vitris, pro ratione vel capacitatis vel compactionis, ex tensione illa proportio quasi ingenita est, ut hodie campanæ secundum omnes tonos certâ mensura per artifices formari possunt. Hinc ad vocem, quæ est quasi cylindrus aereus, instar chordæ tensus, vibrans, & cum impulsu motus, si æqualiter premet, aereæ particulæ, quas Verulamius spiritus corporum sonoros vocat, ad eosdem modulos subsultant, emoventur, & vicinas sibi partes corporis movent, comprimunt & dilatant. Consonat huic nostræ sententia Verulamius Sylo: Sylo. Cent. 2. num. 149, cum ait: *Soni per corporis levis superficiem non solum devoluntur, sed communiantur quaque spiritibus poros corporis insuctis.*

Rem non aliter se habere vulgaribus etiam experimentis discimus. An non videmus frabelli, sedilia seres certo sono moveri, reliquis quietescere? Quid enim nulla alia nisi ex aditu particulis movementibus dato? Galilaeus in tabulato telludinis, fetulas non omnibus cordis quibusdam tonis latentes vident, quod lignum quibus partibus moveretur, quibusdam quieteretur, decique corporum sonorum proportionem mutata, remaneatur. Chordæ ex intextinis ovium confectæ, ac diligent, debiliter admodum moverint chordas mecedas.

Ch

Chordæ metallicæ, pro variis suis speciebus, etiam dispares motus habent, quos ad certum canonem reducere aliqui laborant. Nam argenti & æris præ auro major est pro sono recipiendo capacitas: quamquam Verulamius. *Sylv. Sylv. Cent. 3. n. 222.* afferat: expertum esse egregium aurei tintinnabuli sonum, vel argenteo & æreo præferendum. Quod nulla alia ratione fit, quam quod his laxiores, ab his strictiones sunt meatus, nec aerei pulsus se insinuare æqualiter possint. Ita quoque corpora secundum lineam tensa, sui generis sonora fortius movent, quam illa quæ secundum superficiem & soliditatem tensa sunt. Corpora autem sonora, secundum soliditatem tensa, cætera efficacius moventur habitâ tamen ratione magnitudinis, densitatis & figuræ. Qualis proportionis experimenta ut diligentissimè instituantur, suadet Verulamius loco laudato. *n. 28c. Eiusdem* rei luculentissimum specimen apud Daniëlem Bartolli *Tratt. 3. c. 4. p. 137.* reperitur, qui ad varietatem sonorum, varias in scyphis aquâ impletis undulationes, à tremore vitri provenientes, observavit: ut vel inde pateat, aliter particulas aliterq; protonis configurari, seq; inlinuare corporibus. Memorabile & hoc exemplum est, meatuū certos positus vel adjumento vel impedimento esse motibus sonoris tremulis, quod idem Daniel Bartolli *Tratt. 3. c. 6. p. 275.* producit, de Testudine, quæ integrâ stupidum planè & obtusum sonum ederet, per indignationem autem confracta, & per partes conglutinata, incompa-

rabilem sonum nacta fuerit. Sunt & qui ē sono metallico accuratissimē de ejus misturā judicant. Motu particularum jam tum in corpore existente, citius illa per sonum moveri possunt. Ita verosimile putat Kircherus vitrum calefactum citius sono rumpi posse, quam frigidū: & ego longē celeriorem motum aquæ calidæ in vitro sentiente deprehendi, quam frigidæ. Summum deniq; & admirabile naturæ arcanum in tarantulis, & iis, qui ab iis punguntur, est. Nam non tarantulæ tantum, sed & ipsi, in quos eorum humor transfusus est, a certo sopro moventur, argumento evidentissimo, configurationem animalium esse partium in aere moto cum humoribus hujus insecti. Nullum sane subiectum in tota rerum natura, est, in quo magis illa lucis & soni subtilissima modifica-
tio & configuratio innotescat, multò accuratiore, quam haec tenus factum est, inquisitione dignum. Ut lucis summa est sonus, & utriusque radii pene similes motus ad-
ministrant: ita in hoc infecto utriusque modificationes, coniunctas cernimus.

CAP. XI.

Superioris argumenti ulterior contemplatio.
Thi Hoockii singularis circa convenientiam pollicis
industria. Omnia corpore compenuntur &

solidis. Utique non unius generis. Solidorum & fluidorum varia configuratio, secundum conditionem corporum è tubulis vitrois demonstrata. Quomodo solida in fluidi naturam converti videantur, arena exemplo probatur. Fusio procedit ab aequali motu partium ignis & ipsius corporis fusibilis. Motus naturales corporum apposse cum chordarum unisoniarum simili motu comparari possunt. Us chordae unisona triplici ratione tales: ita corporum particule triplici ratione convenient, certo respectu discrepant. P. Cherubini liber de vi contiguitatis laudatur. In vitro per sonum consonum moto eadem convenientia pororum & motus concedenda. Quae in corporibus corumque minimiis partibus attendenda. Moxus subtilissima contemplatio. Ricb. Suisseti Calculatrix in hoc argumento quondam singularis industria. Laudavi Vitis & lob. Picis de co-judicium.

Vidimus superiore capite, quæ sit vis configurationis in partibus corporum, in cuius stupendis effectibus inquirendis operosiores sumus: neque argumentum hoc etiamnum dimittere possumus. Non omittamus ergo hic, quæ ingeniosissimus Hookius & vere Lynceus minimorum venator, de eo commentatus est: quo nemo plenius & ad sensus accommodatus hanc doctrinam proposuit. Quid non ille Observatione Micrographiz suis sexta tentavit, ut admirabil-

lem hujus conuenientia & contiguitatis vim in corporibus ostenderet? Nam a majoribus ad minima, & ab his ad illa procedens, exemplorum analogismo, varia naturae phænomena illustrat. Scilicet omnia corpora vel fluida sunt inter se, vel homogenea, vel heterogenea: vel solida fluidis vel uni vel pluribus mixta. Eorum partes inter se cohærent, quatenus vel solidum fluidum incidentis, vel fluidi solidum incidentis superficies inter se respon- dent, seque infiguras vel exacte rotundas vel ellipticas, ac oblongas. pro ratione gravitatis ac pressionis similis vel dissimilis coarctant. Illud in tubulis vitreis pene capillaris subtilitatis, & aliis semper sibi quantitate succedentibus accuratissime observavit, varios filii quores & argenti etiam vivum influendo. Quorum superficies & ascensus variis fuerunt, idque ratione con- venientia, quam cum vitro habuerunt. Sic notavit ille majorem aquæ, quam aeris cum vitro superficie conuenientiam, & hujus majorem quam argenti vivi. Super- cies enim aquæ in vitro superior cava, argenti vivi cum ob causam convexa. Aquæ autem cum vitro conuenientia major inde patet, quod radii per vitrum in aeris immixti magis refringantur, quam qui e vitro in aquam incident. Ex qua causa, ut supra diximus, liquor transire interdum vitrum potest, cum aer non possit. Ita videmus in tubo vitro aquam, aerem, & Mercurium inter se diversæ figuræ superficiebus discontinuatos, ac mer-

Mercium reciprocō inter aquā & aerem motu agitari. Quodatque in his tabis fieri videntur, id in corporibus, quae ē solidō & fluidō compositūtū fieri vero simile est. Imo & ipsa solidā quoctammodo fluidi naturā exhibent, ut in arena subtilissima videntur, cuius tenuitatis cas particularum inclinatiōnēs habet, ut una parte mota alia moveantur, & via in illis subsidant, levia etiam depreſſa emerantur, ita q̄ via faciat, ut in clepsidrio, liquoris instar effluant: cum scorsim posita, majores partes quiescant, nec moveantur. Hunc quasi fluorem præterea ostendunt temp̄ates illæ accusatæ, quæ in Arabiâ desertâ viatores s̄æpe suffocant. Videntur itaque ridentillam & crassam corporum arenaceorum convenientiam aliam huic particularum systemati indolem tribuire. Quare longe subtilior in corporibus subtilioribus illa concipienda est: ut in fusione corporum per ignem: M̄ḡtus enim particulas ignearum agit ob convenientiam & equalitatem in corpuscula sibi æqualia, & s̄ia vibrationes ad similem vibrationem & motum subtilotum disponit, expulis heterogeneis particulis vel celerius motis per fumum, vel refractariis in scorii separando. Hæcum acentissima contemplatione consideraret Hookeus (nam ex ejus mente, noster ramen quibusdam intermissa illa proponimus) non potuit convenientiore analogia, quam motu chordarum æquise- arum initio, rem omnem illustrare. Particulae simi-

lares, ait ille, comparantur eodem chordis æqualiter ten-
sis, quæ Harmonie unisonæ inter se vibrationibus col-
liduntur. Dissimilares vero particulæ, quamvis cœ-
tarum motus inter se proportionalis eam alias dissimili-
ter vibratas moveat, expellatur tandem continuâ oblu-
statione, cum ceteræ similares æqualibus vibrationibus
inter se arctius oœunt. Quemadmodum vero unisonæ
chordæ dari ac inter se moveri possunt, (1) si duæ chordæ
æquæ crassæ & longæ æqualiter tendantur (2) si sint æqua-
liter crassæ, sed inæquali longitudine & tensione (3) si
crassitudine & longitudine convenient, differant tensio-
ne, vel longitudine sola æquentur, crassitudine & tensione
discordent: ita quædam est miscibilium heterogeneorum
proportio, aliqua saltu parte conveniens, cum ceteris
discrepet, secundum materiam, figuram, & mollem: qua-
rum variatione infinitæ in corporibus oriri dispositiones
possunt, quæ uno tamen vibratorio motu comprehendun-
tur. Ex hâc convenientia particularum in motu vibra-
torio omnem explicat electricitatis & magnetismi ra-
tionem. Dato enim motu duorum corporum vibrato-
rio, æquali & convenienti, discussis statim particulis flu-
idis intermediis, libetione motu & arctiore se implicant,
usq; dum vibrationibus è propinquo fortius semper agen-
tibus accessio, & quasi conglutinatio corporum fiat. Hæc
sententia etiam experimento illo Danielis Bartoli de
Scypho pendulo per sonum unisonum ad labra attracto,
cujus

cujuſ ſupra raginamimmo, illuſtrari poſſet. Ceterum de-
crina illa de vi contiguitatis & effectus ex unione & co-
haerentiâ partium reſtantibus, prolixius ſingulari libro
Gallico à P. Cherubino d' Orleans ſcripto, cui titulus:
Effets de la force de la contiguité des corps, deducitur;
Cujus tamen ſententia in eo diſplicet, quod omnem ac-
ris gravationem evertere laboret, quæ rejicienda non
videtur.

Hæc prolixius eam ob cauſam adducere volui, ut
oſtenderem non ingenii chimærica hæc commenta eſſe,
ut quibusdam videtur, ſed in corporibus funditus radi-
carि. Fateor quæ Hookius de analogismo chordarum
per ſonum motarum, cum particulis miftorum motis,
diſſerit, jamdudum mihi incidiſſe: & nunc ſanè jucun-
dum hoc mihi eſt, cum eadem illa cogitata acutiflmiſis
hujus Viri meditationibus conſirmari videam. Nemo
itaque opinor negabit eandem poſſe eſſe convenientiam
pullus & motus in aëris vel ætheris particulis; eam deni-
que figuram & formam, ut vitri interiora tono conſona-
perrumpant, imprimis ſi aëre, ut verofimile eſt, diſcuſſio,
foliæ ætheræ particuliæ agant: particuliæ enim crassiores,
quæ ſint in partibus ſaliūm terreftrium, in hoc fluido terræ cir-
cumpoſito, quaſi ſolutorum, quæ ſyſtema hōc aereum
conſtituunt, ut heterogenea, quaſi per præcipitationis
quañdañ ſpeciem, excuti videntur, in illis corporum-

motibus internis & tremulis, ut sunt sonorū: ut de libe-
rata ætheris per vitri poros transeuntis dubitari minime
possit, quos vel ab aquâ calidâ, ut supra demonstravimus,
distendi videmus, ut alabastri moles per coctionem
cum aquâ, distentis poris, augetur. Nam sismul consi-
derantur, quæ in corporibus etiam minutis considerari
debent, (eadem enim majorum & minimorum ratio
est,) ut *Figura*, tum ratione superficie, totius & partium,
sphærica, plana, elliptica, cylindrica, pyramidalis, vel pla-
nè irregularis & mista: *Situs* partium, erectus, inclina-
tus, horizontalis &c: *Ordo*, quo certis tractibus, vel par-
tibus locantur corpuscula: *Modificatio*, quâ inter se vel
fociantur, vel distant: *Pori*, quibus interstitia inter parti-
culas certis modis determinantur: *Emanatio*, quâ ex-
cluduntur & expelluntur quædam corpuscula mobilia:—
Mixtio, quâ corpuscula primò concrescunt: *Forma*,
quâ quantitas modo quali artificiali diversificatur, ut parti-
culæ quædam trochlearum, vectis, cuneorum, terebrarū
instar habeant: denique *Motus*, qui mille modis vari-
ari potest: nam vel majori, vel minori celeritate diversi-
tate graduum, vel uniformiter vel difformiter, vel rectâ
lineâ, vel circulariter, vel elliptice &c. vel ratione fitus
& naturæ corporum collidentium, vel motu undulato-
rio, sive ille solitarius sit, sive alteri progressivo, aut pec-
centra sua rotato junctus; vel ratione pororum aut junctu-
rum partium, pro earum angustia, opacitate, parallelismo,

am-

ambagibus definitur. Hęc inquam omnia, si simul considerantur: nam sanè levia sunt interdum, quæ totam corporis conditionem immutare possunt, ut cum charta ante opaca, solo oleo illito redditur perspicua, & similia infinita, nostro instituto applicentur; nemo, ut puto inficias ite pertinet, è convenientia aërearum particularum, earumque cum particulis vitri configuratione, cum & ipso motu proportionato hunc effectum provenire. De motu ipso jam supra multa diximus: sed ea est hujus argumenti infinitas, ut exauriri nullā ratione possit. Summum illud in natura, cuius attentissima contemplatio in mirificorum & insolitorum effectuum causas nos deducet. Vedit hujus doctrinæ utilitatem jam tum, quod mirere, inter Scholasticos Philosophos, *Richardus Swifſet*, cognomento Calculator, quem in cœlum extollit J.C. Scaliget: dicit enim Exercit. 324. illum excessisse modum humani ingenii & in excerc. 340. tam acute scripsisse ait, ut à paucis plenè & pro meritis intelligatur, dionum quem neque sénium senem faceret, neque naturę tēst̄ privaret vita. Fatur porro: huic viro maximo multa se debere, plura debiturum, si per ingenii sui imbecilitatem licuisset. Quæ invidenda profecto à tanto Viro elogia sunt, ut mirer Joannis Pici, & Ludovici Vivis planè contraria judicia, quorum hic libr. 5. de cauf. corrupt. art. eum ut summum nugatorem elevat: Ille subtilitates ejus vocat quisqui-

lias Suisseticas, quas de motu uniformi, difformi, uniformiter difformi, difformiter difformi, de infinitè raris aut densis in libro de Reactione proponit: Hæc ut oculosorum hominum inventa, ad exercendum in scholis guttur, ne tacendo obduceretur, ridet Picus: sed meo iudicio, parum cautè, cum illum cæteris Scholasticis longè oculatiorem fuisse pateat: qui has motus differentias mechanico planè & mathematico ingenio tam subtiliter inquisivit, quorum maximus in singularibus naturæ & artis usus est, quem animi sui sagacitate prævidebat Scaliger, cæteri qui non adeo ad animum admittebant, aut aliis studiis quam his occupabantur, strenue contemnebant. Mirum tamen est, adeo ignotum hujus jam viri nomen esse, ut in nullâ Bibliotheca compareat, de quo Naudæus in dissertatione Gallicâ de instruendâ bibliothecâ p. 86. queritur.

CAP. XII.

Alia in sonis Sympathie exempla diligenter inquirenda. Sonus in lignis diversis ejusdem longitudinis & crassitatis diversus. Illa conglutinata unum sonum formant. Experimentum de sono Vasis lignei è variis lumen diis compacti. Tonus in illa primariu. Et variis partculares. Ad vocis & fistule sonos unisonos consenserunt.

Tremor in lignis instrumentorum tabulatis secundum certas partes proratione sonorum vario. Sympathia sonorum Xyloorgani. Scamnorum & mensarum partes ad certos vocis tonos tremunt. Textura ligni e fibris & poris. Pororum in illo tria genera. Carbones cur magis sonori, quam lignum. Vitri longè alia pororum textura. Illa laxior arctiorque in ipsa formatione certis preparatiis reddi potest. Locus Macrobius explicatus. Pavimentum à frequentibus sonis eversum. Fornicibus periculum est à sonis organorum. Etiam illi concuti & tremere possunt. Lapis ingens, pavimentum vibemperat à fono certa fistula in organo concussum. Statua cœrea ad sonitum campane tremens. Vitri sonus tracheæ anserina simili sono commotus. Vitra à certo tympanorum pulsu trementia. Vibratio & impetus debent conjungi. Chorda equijone an vitrum moveat? A vitro illa moveatur.

Quid Verulamius loco capite 10. laudato suadet, ut experimenta de sympathia sonorum, in aliis quoque corporibus sonoris instituantur, id ad experimenti nostri illustrationem, non patrum etiam faceret. Utinam vero ab illustri hoc naturæ mystâ in lucem editus fuisset ejus de communicatione sonorum tractatus, quem passim promittit, & planiora nobis illa forent. S vadet vero ille, ut non solum in simplicibus

sonis corporum, ut tintinnabulis, fistulis, vel ejusdem vel alterius generis, sed & in sonis sociatis per varia instrumenta sympathia illa exploretur, cuius hactenus non factis accurata observatio instituta. Aliud enim alio gratius est instrumentorum consortium. Sed illa potius ad Musice accuratiorem emendationem pertinent, & vim insignem in hominum animis movendis haberent. Verosimile sane est, ut simplices soni chordarum & corporum in se agunt muruo; ita sonos instrumentorum quandam inter se vel sympathiam habere vel antipathiam, quorum accuratior apud antiquos fuit, quam apud nos est notitia. Nos ad illustrationem experimenti nostri, de sonorum simili sympathia, alia quedam exempla afferemus.

Inter corpora sonora nihil obtusius sonat ligno: sed tamen certi pro lignorum speciebus sonorum gradus sunt. Quod pulcherrimo documento ostendit Daniel Bartoli *Tratt. 4. c. 6.* Ille frusta lignea, ejusdem crantie & longitudinis, ex abiete, quercu, fago, & plurimi aliis, parati fecit, & singulis diversos inesse tonos apprehendit, quas canore arcte juncta unum sonum ediderunt, cum interim frusta illa siros quosdam tremores à toto illo systemate distinctos haberent. Idem quoque è testimoniis patet, cuius partes fracte iterum conglutinatae clarissime quanto unita sonum naderetur, & de quo superius di-

diximus. Idem vulgari quoq; experimento mihi probatum est. Vas enim schidiis faginis bene exsiccati, quæ suum singula tonum habent, cum per vietorem circulis lignicis compingitur, sonum aliquem acquirit quasi communem, & à reliquis distinctum, ut è pullu digiti patet. Huic si eundem vocis vel fistular tonum immiseris, respondebit tonus totius vasis. Ad ceteros tonos audiuntur hinc particulares toni schidiorum, jam clari, jam obscuri, ita tamen ut leviter consonet primarius. Cachinnus per omnes tonos volutus ordine æquales sibi tonos lacerret. Neque hoc, quod primò putabam, è sola reflexione aut bombo provenit; illum enim bene ab ipso sono distinguere poteram. Imò & distincti partium in ligno continuo tremores demonstrari è Galilæi supra memorato experientia possunt, de setulis ad certos tonos in testudinis aut clavicymbali tabulato saltitantibus, quod quanquam in setulis observare non potuerim, observavi tamen in particulis tracheæ anserinæ arefactæ circularibus, quæ in convexâ parte supet instrumenti tabulato, jam in orbem agebantur, jam rectâ lineâ procedebant. Quoniam enim in punctis consistebant, setulis illis totâ superficie jacentibus, mobiliores erant. Varia quoque ipse experimenta institui in Xylorgano Germ. *Strobifid* dicto. Nam vel chordis in vicinia pulsis, vel campanis vel voce semper aliquem in ligno à me præcepit, deprehenderet tremorem mihi visus sum. Observavi sepe in sedili ligno, in quo mihi adsidebat aliis,

in

in mensa etiam ipsa, cui innitebatur, tremorem, cum loqueretur aliquo tono: quod cum aliis eodem in sedili sedens diverso tono loqueretur, non fiebat. Quod profecto nullam aliam ob causam, quam aequalitatem vocis cum sono ligni evenire potuit. Sensi non semel in conclavi aliquo tremorem sub pedibus, cum stringerentur certe quedam chordae violini majoris, quem non sentiebam, cum aliis stringerentur.

Si causam hujus sympathiae & incussi tremoris querimus, nulla alia est, quam configuratio partium mutua. Ea in ligno manifestior est, quam in aliis corporibus. Constat illud fibris & poris suis, quorum textura & situs commode microscopiis observari potest. Nam diligentissime Nehemias Grew in *anatomie sua vegetab.* c. 3. illas inquirens, invenit duplicis generis poros, maiores & minores, qui materia spongiosa & medullari repleti videntur. Quibus tertium genus pororum, minutissimum addit R. Hookius Micrographus solertissimus, per longitudinem trunci deductos. Porus vero fibræ concavum existit, ita ut unaquaque fibrarum 30. 50. 100. poris perforetur. Nihil denique aliud ipsi lignum est, quam racemos innumerabilium & tenuissimorum vasorum aut fibrarum concavarum. Illæ ubi humore suffusæ, non sonat lignum: simulac vero exsiccatur, poris patentioribus, in quibus aer moveri potest,

so-

-sonat. Quod evidensissimum in carbonibus est, in quibus, humidis particulis per ignem expulsis, pori penè ad oculum patentes, ut argentum vivum iis inservari perficit, & sonus clarior audiatur. At in vitro longè alia porrorum textura, quæ licet oculis deprehendi non possit, tamen è variis effectis, & ex ipsâ fragilitate cognoscitur; cui vel ignibus certis, vel alterius materiae admissione alia sepe temperies induci potest. Ita Plinius lib. 36. c. 26. in coctione sulphuris ferruminari in lapidem posse tradit, & Macrobius lib. 7. *Saturni*. notat vitro solvendo firmandoque ignem ex myricâ arbore commendari, nisi ex emendatione Joh. Isaaci Pontani legendum formatio-
do: nam à Plutarchi *Sympof.* lib. 3. queft. ro. ubi habetur πρὸς δὲ τὴν τοῦ οὐλᾶς μάλαξιν καὶ τύπωσιν: ita emendat: ut enim μάλαξις est emollitio, ita τύπωσις formatio. Paret tamen hinc in ipsâ hujus massæ formatio-
ne arctiores vel laxiores vitro poros conferri posse, & vel solo igne, qui & ipsas marmorum juncturas solvere pos-
test, horante in eodem loco Macrobio, si de oleo li-
gnis patetur.

Pertinet huc quoque, quod à Viro Clarissimo Wil-
lio militi olim relatum est: Memini enim, cum ipsi de
experimento Vitri per vocem fracti narrarem, ex eo au-
divisse, quod in edibus Municipiis sibi vicinis aliquoties col-
lapsu pavimentum fissum, quod dico scilicet concavum ad-

scriberet non dubitavit. Scio aliquid in iudee sacrâ formâ angustiorem, cuius substrata erant organa Musica, sed cum iis collapsum, quod factum forte ob multiplicem soni percusionem est, praesertim, cum & ipsi formæ sonare soleant. Eam ob causam in organis istis artifices maiores tubos pneumaticos ita per totam structuram disponunt, ne nūnium conexiatur. Non sordidum panorum pulsu & tubarum sonitu templorum formices concuti animadvertis, ac verosimile est majorera etiam vim inservi posse aedificia, si sonus, quam fieri maximum potest, multiplicetur & intendatur. Quare maior perstringere Honoratum Fabr. *Pbyf. tr. 3. lib. 2. prop. 215.* aliquem è recentioribus, quod decumanis etiam formæ cibis vibrationes tremulas è gravium sonorum repercutione ortas tribuat: quod ille non ridiculum modo sed horribile dictu vocat: cum sapissimè hoc fieri deprehendamus. Quid enim veteri, aëri, utin minoribus corporibus, ita & in majoribus moveri posse, & ~~quæ~~ illæ partes ejus corporis: cum sonus esset levior per suæ longissimas in aere præcipue suspenſas propagari posset. Modo enim sonus proportionatsit, cum impetu currit, eadē causâ positâ etiundem consequi effectum necesse est. Varenius sanè in *Gegen. Gen. libr. 2. cap. 10. 386.* refutat monsium anfractus telopero exploso tam horribilis fureorem fuisse exaudire, qui per fortissimam quadrangularis tuncrescit, ut vultus hominis non possit concutere.

Refert Kircherus *Musurg. lib. 9. c. 7.* ingentis molis lapidem semper tremuisse ad sonitum certæ fistulae organi, hoc vero silente, & reliquis sonantibus, nihil motus fuisse perceptum: Item è Mersenno apud PP. Franciscanus Parisiensis, dum organa pulsantur, pavimentum circa diametri finem, quæ ex quadrato nascitur, cuius organa latus sint, ita concuti, ut ferme verearis, ne terra dehiscat, quod tamen minimè sentias, si vel proprius ad organa accedas, vel ab iis longius recedas. Idem quoque polychordum sibi esse in Museo ait, cuius una chorda præ exteris omnibus ad vicinum campanæ sonitum in sonos animetur. Memorabile & hoc est, quod Fracastorius in libro de *Sympatib. & Antipatib.* cap. 11. recenset. Vidi inquit, ipse in ecclesiâ quâdam, ubi multa statua cerea loco alto dispositæ erant, pulsante tintinnabulo quadam, anam illarum tremere, reliquæ immotis permanentibus. Ubi mirum sane videtur ceræ partes viscidiiores motu illo tremulo sonoro affici posuisse. Ex iis exemplis videntur, si lignorum, lapidum, staturarum meatus per vadat certus tonus, etiam vitri minima certam aeris tensionem petrumpere posse.

Non præteriri hic quoque illud debet, quod notavis Jacobus Rohault in *Physicis suis part. 1. c. 26.* vidisse vitra domus, certo quodam tympano pulso, sensibili tremore percussa, ad aliorum vero tympanorum longe

intensiores strepitus sine motu illo perficitur. Igitur hic una cum impetu vibratorius quidam motus coniunctus fuit, qui validus satis in tympano est. Vehemens enim est tympani sonus, praesertim si super tubum conicum pellis expandatur; quale tympanorum genus Kircherus in Phonurgia descripsit. Ulpi vero vibratio non est cum notabilis aliquo impetu coniuncta, debilior est. Ita chordarum vibrationes vitrum aequalis soni non facile ad sonum commoventes, abest enim aequalis impulsus, nec vibrationes illud recte servant. Kircherus tamen ex adverso chordas intactas incitare sono vitri docuit: Si quis enim scyphi vitrei oram digito madefacto strinxerit, & supra scyphum chordam excenderit, adeum sonum aequisonam, & chordam sese responsuram ait. Non video vero, qua ratione aptari vitro chorda possit, ut illæsâ chordâ vitrum strigi possit. Accidit & omni tracheam anserinam valide inflanti, ut vitrum acutissime consonaret particuliæ aliquæ ponte, qui primaria levitas superabat, illis in primis vel leviter more, vel plena cessante, illa ratione resonans.

CAP. XIII.

Imperius, in sego vehementer magne efficacis.

servata facilis. Alius videtur esse motus partium aëris
 crassiorum, alius subtiliorum. Ea forte causa facilis
 soni ad diapason transitus. Soni è tonitru & tormentis
 majoribus magna vis, in frangendis corporibus, fenestris,
 ovis. Sonus tormenti majoris est efficacia, quam ipsum
 tonitru. Ova avicularum asinina à voce rumpi credun-
 tur, cantu foveri. Exemplum è Digboe de scybis vitreis
 in nave ad sonum tormentorum longinquum trementi-
 bus. Tormenti sonus longius propagatur, quam tonitruum:
 Explosio in tonitru unica. Cartesii sententia de sono in
 tonitru è nubium lapsu rejicitur. Sclopeta intra mon-
 tes explosum tonitru equat. An tonitru vinum & ce-
 revisiae corruptat solo sono, vel fumulis sulphureis.
 Posterioris quibasdam verosimile videtur. Modus pre-
 servandi cerevisiam à corruptione tonitruum. Prior ta-
 men sententia etiam admittenda videtur. Soni vebe-
 mentis horribilis effecta in corpore humano. Sono cam-
 pana argentum virum motum ad 100 passuum distansiam:
 Tempestates sono tormentorum & campanarum dissol-
 vuntur. Rationes Pomponatii super re ille adducte & no-
 tata. Tubera an post tonitru è terra prorumpant. Sonus in
 lacu Eupilo fertilitatis index. Ejus ratio è Cardano,
 Nostra de illo sententia. Quare lacus quidam & monti-
 um cavitates tam horrendum sonum & tempestates edant.
 Exiguae corpora sape magnos sonitus & tumultus efficiunt.
 A tonitru laxata atuya. Cervi abortiunt. Piscis exa-
 niman-

*minantur, aut abliguntur: uti & tormentorum explosione.
Clamoris militaris quanta vis.*

AD sonum & sympathiam in corporibus sonoris, non impetus solum ut vidimus, sed & vibratio requiritur. Nam si vel haec, vel ille absit, non illa efficacitas erit: solus impetus interiora corporum non pervadit, sed extrinsecus tantum impellit. Vibratio impetu destituta forte movebit corpus aequisonum, sed debilitas illa tensionis, alterius corporis moli non respondens, facit, ut deprehendi sensibus non possit. Fit tamen nonnunquam, ut solius impetus in sono magnus sit effectus, si nimis vel corpus vel motus magnitudine suâ omnia alia corpora eorumque motus excedat. Haec effecta concomitantia sonum, non à sono producta, soli locali in aere motui adscribit Verulamius *Sylv. Sylvar. Cent. 2. n. 126.* Quod verum quidem est, interim tamen fieri potest, ut in ipso illo, quem vocat locali motu, majorum scilicet massarum aerearum, insit alijs vibratorius particularum minorum, qui mira sèpe effecta magis è longinquo, quam è propinquuo producere potest, nobis non adeò sensibilis, quia objecta excedunt potentiam & capacitatem organi sensorii. Cum enim aeris partes aliæ crassiores sint, aliæ subtiliores verissimile est diversos eorum esse motus. Quam causam Dn. de Poisson elucidationibus in Cartesii Musicam affi-

affignat, quare in motibus aeris sonoris, facile ad diapason transitus fiat. Ait enim subtilioris aeris celeriores esse motus, quam crassioris, unde acutior ille sonus oritur. Cui sententiae illustrandæ etiam hoc servire possit, quod ut aqua scypho vitro infusa tanquam crassius aere medium, octavâ graviore superat vitri tonum aere repletum, ita aer subtilior crassioram octavâ acutiore excedat.

Ad solum impetum referri solet, quando in violentâ aëris explosione & incondito sono ipsis vastissimis ædificiis ac terræ tremor incutitur. Quod fieri videmus cum tonitru auditur, aut tormenta exploduntur, à quo sono & ædifica contremiscunt, & fenestræ franguntur. Qualia & observata fuerunt in sono Lampadis illius volantis, quam Petrus M. Cavina describit, quæque inter Ephemerides Germanicas Anni octavi reperitur p. 212. Nihil sanè tonitruum sono est vastius, quo tamen Rud. Camerarius *Cest. 3. obs. 40.* tormentorum fragores & vehementiores, certo respectu, & perniciosiores existimat. Nam si materia à naturâ cogi possit in spacium aliquod solidum ac tam vastum, ut nubes est, montes protruderet integros, nec manest errore, ut ait, vacarent; cum nuc exigua tantum nubis pars, in spongioso vaporis corpore bombos aliquos edat. Solent & ova, quibus gallinæ incubant, eorum rumpi, vel saltum ita perturbari, ne

ne pulli excludi possint, ac ipsi pulli perirentur. **N**on
tarunt & aliqui ruditu asinorum simile fatum avicula-
rum nonnullarum ova experiri; lmo sunt qui supersti-
tiosè cavent, ne fores stabuli, in quo ovis insuebant Galli-
næ, cum magno strepitu postibus allidantur. Ex adver-
so cantu foveri ova, & meliores partus fieri, ut incondeo
perduntur, autor est Pomponatius libro *de incantatio-
nibus cap. 6. p. 91.* Memorabilia sunt, quæ refert Dig-
bæus de Naturâ Corporum *cap. 28. n. 3.* de scyphis vitreis,
dum in navalí prælio exploderentur tormenta, toto illo
tempore trementibus, de papyraceis fenestræ fissis, ac
ovis, quibus columbae incubabant, confractis. Obser-
vavit ille fenestrarum in suâ navi tremorem, cum ex-
ploderetur tormentum in alterâ, tanto intervallo distan-
ti, ut visu vix detegi, ac sonus audiri potuerit. Refert
simili occasione cursum navis suæ se mutasse, ut annis pa-
gnantibus succurreret, eumque direxisse sono, vel potius
motu seu tremore ex sono impresso, observato scilicet
quo in puncto pyxidulae nauticæ tremor iste apparebat,
cum nihil quicquam audiret: quanquam multo post inde
gratiâ adhibita attentione & silentio obtusum quendam
languidumque sonum discernere potuerit, ad quem fe-
nestræ in puppi è subtili vitro Muscovitico tremuerunt.
Quæ omnia verosimilem ostendant sententiam Bertho-
diti Teleni de Rer. Nat. I. 7. c. 34. longius prospex-
num, quādram nos ad eō magnam, qui

explosione editur, quam qui à fulgure oritur, & tonitru vocatur. Qui ipse quidem in instanti generatus, & unicus: ~~q~~alis in locis planis, quibus ferè verticalis explosio est, observari potest. & quem ipse non semel observavi; latè inde diffusus perpetuo ad montes, sylvas, nubes densiores appulsi multiplicatur. Nec enim cum Cartesius nescio quem nubium nivosarum & glacialium lapsum, unde is sonus oriatur, præter sensum ac rationem fingere necesse est. Licet enim non negem glaciales aut nivibus prægnantes nubes esse, ac moveri loco posse; inde tamen tam vehementem sonum excitari posse pernego. Nihil ad rem facit ille sonus, qui è nivium Alpinarum, devolutione oritur, & cum tonitru comparari non potest. Major enim istius nivis firmitas & è glomeratione continua pondus, unde accedente in vallibus repercussionē, sonus ille oritur, quam in nubibus in aëre suspensis, cuius partes minus continuæ sunt, & particulis nivalibus non stipatae, sed interspersae, ac ventis præterea intercurrentibus agitatæ. Neque sanè nubes facile in solidam glaciem converti potest, & si verteretur, non posset tamen nubes superior in inferiorem decidens tam vehementer cum illâ, ut molliore, collidi, atque inde tantus sonus procreari. Imo ob gravitatem tota decideret. Sonum illum unicum tantum esse, & è repercussione continua propagatum, patet eo exemplo, quod producit Bernhardus Varenius in *Geographia Generali lib. I. p. 385.* de

sclopeto in summitate montis , & deinde in convallibus
exploso, quæ posterior explosio multo gravior fuit & re-
percusione continuâ tonitru duratione ad horæ ~~sæcundum~~
drantē æquavit, cum prior illa levem ~~tantum~~ ad instar ba-
cilli fracti strepitum excitarit. Unde solet tonitru in supe-
riore aeris regione, ubi incipit, minus sonare, quam in
regione inferiore, ubi graviores longè bombi audiuntur.

Solet & ipse sonus adeò movere minimas liquo-
rum vini & cerevisiæ particulas, ut fermentantes vitium
inde trahant, vel aliâ fermentatione corruptantur. Sed
adhuc sub judice lis est, utrum illa liquorum corruptio
sono, an vaporibus sulphureis adscribenda. Ut ejus rei
veritatem exploraret, Boilius in lagenis vitreis cerevisiam
tum lupulatam, tum sine lupulo præparatam, hermetice
obsigillavit, cumque in cadis omnibus cerevisia aco-
rem è tonitru contraxerat, sola illa in lagenis incorrupta
perststit, unde penè colligi potest, non à sono, sed à fu-
mulis sulphureis liquores corrupti, qui vitri poros per-
transire non potuerint. Eundem successum vidi in ce-
revisia per sex hebdomadas in Vacuo suo conservata,
quæ per tonitru nihil boni saporis perdiderat. Vide-
atur ipse in *Experimentis circa conservationem Corpo-
rum experim. 13. p. 10. Et 13.* Cui sententia amplius
illustrandæ inservit Matronæ cujusdam nobilis experi-
mentum, quod Boilius libr. *de insigni efficac. effluvio-*

rum

rum c. 5. p. 142. memorat, quæ tonitru imminentे, ad convenientem distantiam, sub doliis foculos cum pruni ardentibus disposita habuit, atque ea ratione cerevisiam suam illibatam servavit, cum aliis illa acesceret. Quo ferme apparet, sulphureos illos fumos à pruni ardentibus occupari, ne illi se cadi insinuare possint, pene eò modo, ut culinari experimento pruna lacti adusto imiti-
ti solet, quo effluviis illis partium adustarum, prunæ dum extingitur associatis, pravus sapor corrigatur. Eadem forte ratio dari poterat, cum ferrum vel chalybem cadi tonitru imminente imponunt; nam & illud me-
tallum quasi fomes & magnes fumulorum sulphureorum videri potest.

Sed tamen non adeo res illa certa est, an soni nullæ in alterandis liquoribus partes sint, qui non adeo totam aëris massam movet, quam materiam subtiliorem. Quare cum motus omnes naturales, qualis fermentatio, è pulsu materiæ subtilis oriri videantur, ut Mayow in eleganti *de Salnitro* libro p. 175. contendit, non est adeo improbabile, quod & vehementi sono conturbari particulæ liquorum compositorum possint, ut alio se situ compo-
nent. Id ab insolitis & vehementibus sonis etiam spiri-
tibus animalium evenire videmus, ut variè agitantur & percellantur. Sunt qui in epilepsiam, apoplexiā ex horribili sono incident. Nam violenter quatuntur &

translocantur humores, spiritus in turbinem circum-
guntur, unde illorum dissipatio, paralysis, tremores, cu-
jus exempla videantur apud *Fabric. lib. 3. obs. 6. & 7.*
Merc. l. 1. Med. Pract. c. 40. Libav. l. 1. sing. p. 319. *Luo-*
fitan. cent. 3. curat. 22. Testatur quoque *Rud. Camerar.*
Cent. 13. obs. 43. Cujus hæc verba: *Multos vidi quinullo*
modo ieci ac ne attacti quidem, præter volantis tantum
vertici vel auribus bombardici ictus fragore & impetu,
sic attoniti procubuere, ut liventibus membris gangrenâ
mox invadente interierint. Idem eodem in in loco te-
statur, pulveris non adeo magnâ copia, forte in armamen-
tario incensa, solâ aëris agitatione prodigiosos effectus
secutos. Observavit sane Daniel Bartoli *tratt. 3. c. 6.*
sono campanæ majoris per rectam lineam centum passi-
bus geometricis remotæ, motam fuisse in altero scypho
vitreo aquam, in altero argentum vivum. Ac pervul-
gatum est, campanarum majorum sonis & tormentorum
explosionibus discuti tempestatem posse. Forte & eam
ob causam apud Chinenses omnes turres appensis exte-
rius campanis perstrepunt. Ita & aëris tinnitu aërem scin-
dente subsidere apes credunt, ut volatu sustineri nequeant.
Solent aliqui ideo, teste Magio *libr. de Tintinnabulis c.*
14. hunc effectum campanis tribuere, quod credant tem-
pestates à Dæmonibus immitti, & campanas fugare Dæ-
mones. Pomponatius in libro *de Incantationibus cap. 12.*
eundem campanis effectum tribuit, sed à propioribus &
pal-

palpabilibus causis discedens, cælitus è certa constellatiōne & virtute siderum in campanas evocata, hanc vim arcessit, qualem certæ quoque herbæ & lapides, immo homines quoque nonnulli, certis sideribus nati habeant, ut imperent mari, ventis & tempestatibus. Quorsum profanæ hujus, sed ineptæ superstitionis mysterium tendat, facile illi, cui naris non est obela, suboleat. Nam passim in hoc impio libro, atheismi semina spargit, unde ad elevandam doctrinæ sacræ autoritatem, tela sua depromunt homines male seduli. Sed tamen oculatius sèculum nostrum est, quam ut ineptis his influxum commentis fucum sibi fieri patiatur. Ita vero hujus virtutis mensuram determinat Pomponatius: *Si qualitatem industam à campana contingat esse validiorem tempestate, fugabitur tempestas: si verò qualitas sit imbecillior, superabit tempestas, & succumbit qualitas.* Quasi non à motu imbecilliori vel fortiori id potius proveniat, quam à facto illo astrali influxu, aut aliâ quadam re, quam nominare tamen non potest, quæ compositionem campanæ ingreditur. Ita ut spirituum operationes elidat Pomponatius, in rationibus eorum effectuum tradendis semper μετέωρος est, ut cum nihil dixerit, aliquid tamen mysterii nos docuisse videatur, quò miracula, quæ idoneis argumentis impugnare non potest, apud imperitos & semidoctos suspicionibus suis incerta reddat. Quoniam itaque campanæ & tormentorum explosions

naturali operatione tempestates discutere possunt: mi-
rum non est, si tam horrendus fragor à tonitru profo-
etus interiora rerum commoveat, ut liquores concubet,
quo etiam cancri commoti foras prorumpunt.

Quæ cum accuratis reputo, non omnino de nihilo
rationem Scaligeri Exerc. 130. esse existimo, qui tonitru-
bis terram quat, ac ratiorem fieri existimat, ut tubera ex
imbribus nasci possint; quam rejicit Vossius de Idol. 3. c. 7.
quod terra scipius horrendis quatiatur veatorum tempo-
statibus, nec tamen ad tubera edenda se laxet; nam certe
major est vis penetrans in tonitru, quam in ventis etiam
validissimis. Idem Athenaeus lib. 2. c. 22. testatur. Φασι
γὰρ ὅταν ὕδατα μελοτωριὰ καὶ Βερύλαι γίνωνται
σκληραὶ, τότε γίνεσθαι. καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ Βερύλαι,
οἱς ταῦτης ἀλιωτέρας ὄσης. dicunt enim cum aqua
autumnales, Εἰ magnā tonitrua fiunt, quod magna nef-
cuntur, atque cum maximè maxima, illa si quidem pre-
cipua generationis esse causa videntur. Idem Juvenalis
versibus traditur.

— post tunc tradentur tubera, si ver
 Tunc erit, Εἰ facient optata tonitrua cœnæ
 Maiores.

Sed aliam tamen rationem etiam affert Athenaeus, quam
 apud Plinium legas. Ait enim nasci exundatione flu-
 minum in vecto semine à collibus. Nam σωσημένη
 ἀρχή

αρχη certis quibusdam terris indita creditur, de quâ amplius videoas Casaubonum *Animadvers. in Atheneum libr. 2. cap. 21.* Non enim de his differendi locus hic est.

Huic quodammodo simile est, quod narrat Cardanus de *Rer. Variet. l. 15. c. 85.* de sono fertilitatis vel causâ vel indicio. Referebat, inquit ille, *M. Antonius Majoragius*, *Aprilis* mense audiri in *Eupilo* lacu sonum seu vocem ejus modi ôh ôh ôh ôh ôh sed longiusculam, ita ut extrema vox concisa esset, & bis annis, neque enim singulis annis auditur, proventum ubiorem omnium sequi, vini, tritici, ac cœterorum. Ejus rei rationem hanc affert Cardanus; Haud dubium esse debet percussa, vel sub aqua, vel in imo ac fundo sonare, sed obtuso sono, quod experti sumus: adeò ut concusso sub aqua corpore, aer qui ibi est sonet, transcatque sonus in aquam ac rursus in aerem. Itaque concusso, accidente vere, lîmo & in aerem converso, fit sonus: nec necesse est semper aquam fervere ob id, nam frigore aqua dissipatur, aut extinguitur vapor. Quod si dissipatur: motum in aqua concitat, sed non uno loco, verum per magnum spatiū, ut deprehendi nequeat: calor vero ille fertilitatis plurimque signum, quod omne solum aqua abundans ubi incaluerit, fertile sit. Sed ejus rei fides & ratio penes Cardanum esto. Si vera sunt quæ ille narrat, forte sonus est

est à partibus nitrosulphureis per fermentationem validana
 in explosionem aliquam agitatis, ut spiritus interdum a-
 liquos videmus mutuo affictu in calorem & sonum
 levi aliquo motu incitatos. Quemadmodum ajunt, si
 particulam casei dolio musto pleno injeceris, tantum exci-
 tari fervorem, ut dolio à fraktione sit periculum. Eam cau-
 sam du Hamel de *Fossilibus lib. s. c. 3.* statuit, cur injectis
 lapillis lacus quidam tumultuentur. Nam in Comitatu Fu-
 xenſi inter Pyrenæa juga lacus est in montis cacumine,
 cui nomen Fanum Sancti Bartholomæi, qui lapide injecto
 nitroſos ac ſulphureos exhalat vapores, qui in mediâ aë-
 ris regione denſati in imbres & tonitrua ſe diſſundunt.
 Exigua ſunt ſæpe, quæ corpora naturalia certo in ſtatu
 potenter irritant, quemadmodum aquæ aliquot gut-
 tulæ æſ dum funditur, ita commovent, ut motu violen-
 tissimo prorumpat, proſternatque & verberet, quicquid
 attingit. Sunt quoque fortassis in locis ſubterraneis,
 in quibus nonnunquam cavitates, aere variis par-
 ticulis imprægnato, repletæ, non inſolitæ tales ex attritu
 earum explosiones, quæ ſi majores ac vehementiores
 ſunt terræ motum producere poſſunt, cujus quaſi rudi-
 menta & præludia, ob materiæ tumultuantis non adeo
 magnam copiam lacus ille dedit, fertilitatis tamen illa
 dant indicium, & fundum vaporibus nitroſis vel ſulphu-
 reis turgidum oſtendunt.

Por-

Porro huc referendum, quod in Actis Philosophicis Collegii Regii Anglici, p. 550. refert Nobilissimus Dn. Oldenburgius de quâdam feminâ, cui cum tonitru audiretur, semper laxata alvus, crebraque fuerint vomitiones, quales nec à fortissimis effici medicamentis possint. Nisi forte id ob consternationem animi accidit, ut illi apud Juvenal. *Sat. 14.*

*— trepido solvunt cui cornua ventrem
Cum lituis auditæ.*

Quam ob causam abortire etiam cervas nonnulli credunt, cum tonitru audiunt, adducti loco è Psalm 28. & Hebr. 29, 9. ubi tamen variant inter se cum sententiaz: quod & de conchis afferit Plinius lib. 9. cap. 38. Etiam Pisces tonitru examinari, & explosione tormentorum, in præliis maritimis abigi creduntur: non enim verum est illos auditu carere, ut quidam volunt; cum nos aquâ demersi nihil audiamus: nam alia est in iis organorum ratio, quæ appulsi circulorum aëreorum afficiuntur. Inter inconditos illos ac confusos sonos militaris itidem claimor est, cuius magna etiam vires sunt, adeò ut ex aëre aves in terram nonnunquam ceciderint, ejusque tremor observatus fuerit, de quo legantur Alexander ab Alexandro *Genial. Dier. lib. 4. c. 7.* Elias Reusnerus in *Strategematoogr.*: Gabriel Naudæus de studio militari *lib. 2. pag. 494.* Is si consonâ voce ederetur, nec impar

Aa

vel

Vel varius esset, benè de exitu prælii ominabantur: Id enim indicem voluntatis ac animi habebant. Quin & intentior tum erat sonus.

CAP. XIV.

Disquisitio de Murorum Hierichuntinorum lapsu. An illi per sonum conciderint. Rabbinorum ea de re sententia. Masii & Serrarii ratiocinia parum solida. Soni major quam venti efficacia. Soni è longinquo vis exemplo è Digbeo ostenditur, & alio, ex Borello. Loci conditiq circa muros etiam consideranda. Rabbinorum mira de urbe lericbo fabula. Muri etiam sonum aliquem habent, qui forte sono proportionato lacesci potest. Mersennus huic sententie adstipulatur. Putat muros solo sono subversos. Argumenta ejus recensentur. Respondet nonnullis objectionibus. Locus Ezech. cap. 26. à Mersenno productus parum ad rem facit. Influxus siderum & intelligentiarum frustra a Rabbinis hic arcessuntur. Mersenni sententia amplius illustratur, ex bistoria ipsâ Jos. 6, v. 6. descriptâ. Exercitus totus buccinas inflasse creditur. Buccine quantus sonus. De Buccina Alexandri M. nova conjectura. Cornu Rolandinum. Tuba Stentorophonica etiam Persis in usu. Si exercitus totus buccinas inflavit, horribilis

lis ille sonus fuit. Sonorum, ut lucis radios aëri calorem inducere quidam statnunt. Quomodo sonorum multiplicatio per proportiones duplicatas crescat. Oftensum in tormentis bellicis simul explosis. Eadem odorum multiplicatio. Exemplum adducitur. Dubia circa speculationes illas mota. Alia circa buccinam Alexandri M. conjectura. Quousque pertingat 10000 tubarum Stentorophonicarum sonus. Quanta sit vis aëris per sonum vastum intra exiguum circulare spatum compacti. Mugientis soni magna dilatatio. Vacca mugiens ad 30. stadia auditur. Situs ē locus ad augendum sonum faciunt. Terra tremor incutitur à campana ingentis sono, ē ab aliis levioribus: ergo ē muris. Deciditur tandem, miraculo divino collapsos muros. Simile in historia recentiore exemplum quibusdam adducitur. Vocis divine sonus montes concutit ē terram evertit. Terra motus ad insolite vocis intensionem Poëtis fingitur. Χαλινόφωνοι. Stentor, Achilles. Roberti Normanii vox horribilis. Cicade rumpere arbusta dicuntur.

Cum mentionem hīc clamoris militaris fecerimus, & memorabile exemplum in sacris occurrat de muris Hierichuntinis per tubarū clangorem & clamorem militarem subversis: non abs re facere videbimus, si paulò accuratius hic excutiamus: utrum vi naturali soni proportionati muri illi conciderint, an per

miraculum divinum eversi. Nam inter Rabbinos Levi Ben Gerlon expressè statuit, naturali ratione hoc fieri potuisse, addita illâ causâ: *quia magna vox magno impetu aerem impellit*. Quod quanquam ridiculum videatur Masio hîc in commentario, non tamen omnino rejiciendum est. Est enim profecto horribilis sonus, qui à tot hominum millibus, quanta fieri potest, contentione oritur, & gravior, quia ululatui similis, unde & λυγθμὸς id est lupinus sonus à Suida vocatur, qualem ferire fidera divinus Poëta dixit. Falsum enim est, quod Serrarius in Cap. 6. Iosua Quast. 22. commentatur: non esse vehementiorem fortioriisque aëris motum, etiam si sint quamplurimi quamplurimorum sonores: quod sana nos ratio docere potest. Est & inepta hæc ejus argumentatio: *Si è sono motus ad rerum strages adjuvaret tantopere, multò magis, si magni & integri exercitus circum circa impetu & celeritate currerent maximè, brachia iactarent, aliove quovis vehementiore modo aerem agitarent*. Nam profecto parum is soni naturalis intellectus, qui motu longè concitatiore aerem vellicat & trudit, quam brachiorum jactatio, aut alia longè vehementior agitatio. Multò sanius philosophatur Cardanus in Probl. Matbemat. sect. 5. probl. 12. *Cur sonus magnus (querit ille) adeò concurrit ut frangat, cum sit res incorporea, neque enim ob motum aeris, cumensus longè concitator id non posfit, & acutus minus id agat,*

agat, quam gravis, qui tardior est? Respondet: An quod sonus qualitas sit corporea, non tamen corpus, ut candor, ideo penetrat ut incorporeus & secum ducit, ut sit quoddam vehiculum acceleritatem: aer autem velocius motus dividit corpora praesertim dura & siccata? An quod ob sonum sapius repetitum motus ille, unde qualitas quassata autem non semel facile confringantur? An quod in sono maximè gravi aer condensatur, & tunc attenuatur & penetrat? Hæc quanquam dubie ac pro Philosophia sua ratione dicat Cardanus, rectius tamen intellexit, quid sonus in aere movendo efficere possit præ ventis etiam concitatoribus, qui præter aerem, materiem longè subtiliorem, quæque arctius corpora connectit, movere potest & convellere, unde & tanta ejus in corpora efficacitas est. Verissimum enim est quod observat Gassendus in Physiolog. Epicuri p. 287. non totam aeris massam commoveri, sed quod in eâ solum tenuissimum, figuraonisque præsertim capax est, ut jam supra ostendimus.

Hoc in loco oportune mihi incidit, quæ de muris fani ingentis magnâ pulveris pyrii explosione facta, ad MM. passuum distantiam dissidentibus commemorat, loco quem supra laudavimus, Dibæus. Sed præstat ipsius verbis rem intelligere: Audiri, inquit, à quodam qui Hispali degens tunc temporis, cum officina sulphureo

pubveri excipiendo & custodiendo destinata conceptio igne
cuerteretur (distabat illa duobus circiter millibus passu-
um à loco, in quo ipse degebat) affirmabat ligneas fe-
nestrarum valvas contra domus suæ parietes vi magnâ
impactas fuisse, dissiluisse quoque muros ingentis fani,
quod cum officinaisti, licet ad distantiam satis magnam,
proximum tamen foret, nullo adficiorum objectu à su-
bito ac violento aeris commoti impetu protegebatur. A-
ge jam comparet mihi aliquis unicum istam explosionem
pulveris pyrii, violentiorem quidem, sed tamen remoti-
orem, cum horribili ululatu tot hominum per moram
aliquam continuato, clangore tubarum, strepitu armo-
rum, in istâ viciniâ, dicatque, annon vero sit simile, ve-
hementer terram potuisse concuti ipsosque muros. E-
verti potuisse non dicam,

Mirificè hanc rem illustrat, quod observavit Bo-
rellus prop. 101. quomodo à tremore languidissimo aeris
per longam successionem concuti moles etiam vastissi-
mæ possint; ut vel ipsius terræ motus si non princeps, sal-
tem adjuvans causa sit, adducto experimento, quod ipse
mirabile vocat. Recitabo autem ipsius Autoris verba:
*Aderam, inquit, Tauromenii Sicilia, quando Aetnamons
eruptionem quandam effecerat prope Ennam urbem.
fere 30. millaria à Tauromenio distantem, tunc vicibus
interpolatis eruptiones ingentes ignis vorago efficiebat
gran-*

grandi sono & strepitu, & tunc omnia Tauromeni adiuncta, tremore concutiebantur, in quo circumstantiam noctu dignissimam obserwavi: scilicet quod domus & aedificia quae directè exposita erant prospectui ejusdem voraginis, vehementissimè concutiebantur, reliquæ vero domus, quæ conspectu voraginis privabantur, satis lentè & leniter tremorem efficiebant. Profecto, si hujusmodi tremor factus fuisset à concussione & resilitione soli Tauromenitani, omnes domus aquæ concussæ fuissent, & aequali tremora agitatæ, ita ut non posset conspectus voraginis tam insignem & evidentem inaequalitatem tremoris procreare; igitur necessariò à tremore ejusdem aeris incusso in parietibus domorum libere percusiones excipientium agitatio illa efficiebatur. Videashinc, quanta soni ad 30. milliarium distantiam efficacia sit. Quæ ergo non sit in viciniâ ejus operatio?

Denique ipse loci etiam situs considerandus esset, an montibus conclusus fuerit, unde validius vox potuerit refringi in muros & multiplicari: ipsa quoque militum statio, omnes muri partes cingentium. Quæ omnia non leviter ad intensionem soni ejusque majorem efficaciam faciunt. Nec murorum structura hic omitti debet, cuius quidem nunc ratio nobis non constat, nec soli, cui inaedificati, conditio. Terræ enim absorptos vult Paraphrasis Chaldaica textus sacri. Multa quoque de

de hac urbe Rabbini fabulantur: non pauca scilicet ibi audiri potuisse, quæ facta in templo Hierosolymitano, quanquam decem milliaribus ab urbe Jerusalem distabat, Ita enim Tamid. cap. 3. §. 8. è versione Gustavi Peringeri ad ductum Obadiæ Bartenoræ. In Iericbo exaudiri poterat sonus portæ magnæ cum aperiretur. In Iericbo exaudiri poterat sonus Organi Pneumatici δεκατόρχ. In Iericbo exaudiebatur sonus ligni ex maebina aquatili, quam fieri fecerat Katinides, ut per eam educeretur aqua, ex mari templi in labrum. In Iericbo exaudiebatur sonus Sacerdotis excitantis collegas ad divinum cultum peragendum (ante adventum Praefecti.) In Iericbo exaudiebatur sonus Tibie cum inflaretur. In Iericbo exaudiebatur sonus Cymbali, cum sonaretur. In Iericbo exaudiebatur vox (Levitarum) canentium. In Iericbo exaudiebatur sonus tubarum (quas Levitæ inflabant.) Addunt quidam exauditam ibi quoque fuisse vocem summi Pontificis, cum ille Divinum nomen enunciatet in die expiationis. In Iericbo percipiebant naribus odores suffitus aromatarii (qui fiebat in Templo) R. Eleasar F. Diglai dicere solebat: Domus Paternamea alebat capras in monte Michvor, atq; ea pinguefiebant ex odore suffitus aromatarii. Describit & Kircherus Instrumentum aliquod pulsatile Judæorum lib. 2. Musurgia c. 4. §. 2. ex Hannase, quo ait in Jerichuntinâ civitati audiri potuisse: àjunt autem hoc instrumentum fuisse

fuisse positum in fundo Ierosolymitani templi, locumque ita fuisse arcuatum, ut vox hujus instrumenti in arcuata tholi superficie variè reflexa multiplicataque eum sonum, quem vel in Jericho percipere possent excitarit. Sed hæc omnia Rabbinorum nugis & mendaciis accensenda esse, res ipsa loquitur.

Denique & istæ alicui cogitationes suboriri possent; annon muri & fornices, qui sono etiam suo gaudent, ac è materia formati, cuius minima non adeò arctè cohærent, ut in metallis ac vitro, quemadmodum vitrum sono sibi proportionato rumpi potest, ita & illi suo sibi proportionato sono, præsertim docente Deo, concuti ac frangi possint. Quod ut fieri posset, sonus forte dandus esset multis modis gravior, intensior & ex multâ repercussione densior, cum poros habeant laxiores, quos acutiores soni facilè pervadant. Certè campanæ ac vasa fictilia etiam vulgaria, quorum pori vitri poris longè sunt patentiores, etiam cum infusâ illis aquâ tonus ingravescit, consonâ voce ad sonum commoveri possunt, ac aqua tantillum in iis crispari: falsus enim est Honoratus Fabr. qui tractat. 3. Phys. lib. prop. 238. campanam sonum edere negat, si humore impleatur.

Scripsoram illa in primâ hujus dissertationis editione, cum postea vidi è Mersenno Commentario in Gen. c. 4.

perfic. 21. pag. 1710. non pauca eorum, quæ pro naturali
 soni efficacia in muris prosternendis mihi tum incide-
 runt, jam tum fuisse tacta, ut iisdem acti meditationi-
 bus uterque videamur. Qui si experimentum vitri per-
 sonum fracti scivisset, majori fiduciâ hanc suam senten-
 tiā propugnasset. Satis enim habuit, ex notissimis illis
 de chordarum æquè tensarum simili vibratione, de lapidis
 & pavimenti ad certæ fistulæ in organo pneumatico so-
 num motu, aliquod argumentis suis robur adsciscere.
 Sed ratio illa, quam adducit, ut nostræ respondet, ita eo
 modo formata est, ac si vitri rupti experimentum ipfi
 notum fuisset. Ait enim sonos nibil aliud in se preter
 certam proportionem babere debuisse, qua murorum
 Iericbuntinorum tensioni correspondeat: quicquid enim
 ad perpendicularum vel alio modo erigitur, certam tensio-
 nem babere, quam si viceris vel equaveris concutias.
 Quis igitur novit, inquit porro, num omnes clangores,
 atq. voces aliquod tertium efficerent, quod cum muris illis
 unisonantiam vel octavam observaret? cogita muros esse ve-
 lut in nervū tensum, cui sit προσλαμβανόμενος, si omnes
 soni Istracitarum similem tensionem babuerint, vel sat-
 tem in mese fuerint, illos concutere, & sapis repetiti
 diruere potuerunt. Subjungit hinc: An vero muri le-
 ricbuntini cum clangoribus unisonarent, vel diapasoni-
 com seu duplam bensoliam, epitritam, vel alias obtine-
 rent? quis preter Deum & Angelos, singulas rerum corpo-
 rarum

rarum proportiones clarè perspicientes, aut eos, quibus revelaret Deus, nosse potest? Contemplare quot unisonantia, quot octave, quot dis, & tridiapason, à tanta vocum & tubarum multitudine fierent, adde etiam congruam à muris distantiam, que omnia Deus ita docere & prescribere poterat, ut ingens ille & admirabilis concentus muros Iericbo concuteret. Praesupponit autem muros non fuisse terrâ absorptos, quod Rabbini nonnulli existimant, ex Hebraici textus interpretatione. Id enim per sonum fieri potuisse negat. Respondet & ad nugatoriam illam objectionem: quod si sonus adeo efficax fuisset, arma & tentoria Israëlitarum prius frangi debuissent: Illa enim tensione non respondebant sono. Id vero parum ad rem facit, quod ex Ezechiele cap. 26: in sententia sua confirmationem adducit, somitu equorum & rotarum muros Tyri commovendos: nam id per figuram Oratorium dicitur: ut apud Florum. lib. 2. c. 6. §. 14. pugnam cum Annibale apud Trasimenum lacum describentem: *Commissam aciem secutus ingens terra tremor, nisi illum borrorem soli equitum virorumque discursus fecerunt, & mota rebementius arma.* Quad non immerito ut frigidum & ineptum, inter cætera ejus, Vir omnium elegantiorum literarum, Amicus noster magnus Gravius, dissertatione præliminari super commentarium suum in Florum, exagitat. Nimis vero extra circulos suos vagatur: cum ad Matheseos & Staticæ leges

ea examinat Mersennus. Non enim ineptum putat, aut absurdum Equos ita premere posse terrā, ut ab æquilibrio, juxta quod suspenditur, dirigens, in unam partem declinet, & à centro tantisper dimoveatur. Quod & sonis, equorum ponderi respondentibus, effici queat. Viderint, inquit, egregii Mathematici, qui Mechanicam Harmonia jungere voluerint, num quemadmodum Mechanici Archimedici, dato pondere vim moventem, aut è contrario proponunt: perspectivi datum cujuscunque figura objectum sub ea figura ē quantitate, quam postularis, reperant: ita datum objectum vi, arte, vel naturā tensum, aliquo concentu unifono, vel alia ratione, consono moveri posit, adeò ut ipsa terra sonis quibusdam concutiat. Sed illa cum Mathematicis transfigat Mersennus; omnia in sententiæ suæ favorem componens. Multò minus audiendi sunt Rabbini, qui Caballistarum somnia fecuti, existimant influxu siderum animatas tubas Israēliticas, intelligentiarum, Sephiroth, & quorumcunque Caballisticorum graduum auxilium, atque benevolentiam conciliasse, ut muros evertere posuerint.

Hæc Mersennus prolixè pro sententia stabilienda adduxit, quem Kircher^o operosa refutatione Musurgiæ lib. 9. cap. 2. non adeò stringit: nam nec ipse Mersennus huic opinioni sive adeo affixus est, ut ab illâ dimoveri

no-

nolit. Sub finem enim istius disquisitionis, probabilius esse ait, muros virtute divinâ corruiſſe, Antequam tamen illam dimittamus, nonnulla producemus, quæ priorem opinionem aliquâ ex parte illustrent. Ex historiâ ipsâ *Ios. 6. v. 6.* patet, muros tum corruiſſe, *cum insonaret vox tubæ longior atq; concisior*, quæ cum effectu ipso velut causa copulata videntur. Productior sonus his verbis innuitur, quia halitus hominis, cum tubam longius inflat, infringitur per brevia intervalla, ut spiritus restauretur: quasi scilicet ad murorum eversionem necessaria fuerit illa soni productio. Porro non Sacerdotes tantum, sed & universus populus buccinis insonabat, ut colligitur ē verbis, *vers. 9. buccinis omnia concrepabant*, & clarus elucet ex *vers. 13. vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabant*. Negat id quidem Masius, sed tamen ē versione LXX. idem confirmari potest. Immanis itaque sonus tot hominum buccinis sonantium fuit, cuius aliquam vim in concutiendis muris fuisse nemo negaverit, cui additus vel intermisstus fuit clamor militaris.

Ac primum quidem Buccinæ sonus pro variâ ejus figura vehementer intenditur, ut supra c. 7. vidimus, ubi inter alia Alexandri M. buccinam, cuius sonus ad LX milia extendebat, produximus. Quæ licet fabulosa videatur, cum figuris, ut vidimus, variet; aliqua tamen

veri species subesse videtur, cum in eo libro Secreti Se-
cretorum, qui Aristoteli tribuitur, hæc legantur. O-
portet etiam tecum babere istud instrumentum, quod fe-
cit Themistius, ad opus exercitus & ad nocendum: & est
instrumentum terribile quod dividitur multis modis,
quia forte te oportebit visitare totam provinciam, &
regnum tuum & congregare subditos, proceres tuos &
bellatores in eadem die vel citius, vel alio modo, prout in-
diget exercitus magnus & numerus, bryus instrumenti
sonus auditur per millaria sexaginta. Quoniam hic
Themistius hujus tubæ inventor nominatur, ideoque a-
liquam ejus famam fuisse apparer. Sed varietas illa
figuræ cap. 7. p. 113. adducta hanc mihi suspicionem injecit;
Buccinam à Kirchero productam, partem esse Bu-
cinæ genuinæ Alexandrinæ, adeoque Figuram C illic
integrum exhibere corpus; Tubas vero minores Figura
A repræsentatas, quoniam tuborum geminorum, qui ex
inferiori parte Figuræ C. protenduntur, imaginem quan-
dam exhibet, corpori illi vasto inseri, numero forte LX,
quia à LX viris dirigebatur instrumentum, & forte in-
flatæ simul fuerunt: cum in Figurâ C, ob ejus exigui-
tatem duæ tantum delineatae fuerint. Quod si ita fa-
ctum fuit, procul dubio horribilis ex hoc instrumento
sonus auditus fuit. Sed mittamus has de re incerta in-
certas conjecturas. De Cornu Rolandino fabulis qui
busdam traditur, eo inflato hostibus tantum terorem
in-

incussum, ut in fugam verterentur. Nihil de eo apud historicum fide dignum occurrit, nisi quod, ut Burggravius in Achille Panoplo redivivo testatur p. 74. peregrinantibus in fano S. Dionysii cornu venaticum Rolandi ostendatur. Quantum sit hodie in Tubâ Stentorophonica soni augmentum, omnibus notissimum est, qualem antequam Europæo orbi innotesceret, etiam Persis in usu fuisse testis est Andersen in Itinerario Orientis libr. 3. cap. 13. ubi & figuram delineavit. Buccinæ arietinæ Hebræorum, quin sonum vehementer intenderint nullum est dubium, (validius eam illæ sonabant, quam tubæ eorum in longum directæ quas describit Io. sepb. lib. 3. Antiq. c. 11.) In primis cum à singulis militibus singulæ inflarentur. Qualis an ullo ævo ab aliis populis sonus tentatus sit, vehementer ambigo. Ipsa sane ratio dictitat, nihil posse illo sono fingi & credi magis vastum & inconditum. Rectè vero de talibus sonis ait Verulamius. *Soni conglomerati multiplicatique summam generant æris rarefactionem actionem materialam sonorumque productioni dissimilem.* Imo Charleton, in *Physiologia sua* lib. 3. cap. 6. sect. 1. art. 8. afferit radios sonorum multiplicatos, æquè ut lucis, aeri calorem inducere. Nam in præliis aerem e clamoribus & sonis tormentorum magis, quam è sulphureis halitibus incallescere ait. Quæ omnia si luculentius aliquanto ob

ob oculos posuerimus, nihil ab argumento nostro alienum acturi sumus.

Quousque sonus & quâ proportione propagetur, à multis disquisitum est, & inquiri hic præcipue debet, ut ex eo colligatur, quanta sit vis moti æris, si ad obstacula illisus, à longo illo cursu retrahatur. Prætereo quæ Mersennus aliiq; de unius corporis sono, ejusque protensione observarunt. De sonis è corporum multiplicatione multiplicatis, non memini quempiam adeò præter Williamum Pet. tum Anglum sollicitum fuisse. Is in singulare dissertatione, *de Usu duplicata proportionis* obseruat distantias, intra quas soni audiuntur, esse radices numerorum in talibus sonis. Quatuor sclopeta majora simul explosa bis superant sonum unius, eorumque sonus per duplo longius spatium protenditur; quam sonus unius: novem sclopotorum sonus per spatium triplo longius diffunditur: quadruplo majus spatium pro sedecim sclopotorum sonis datur, atque ita deinceps. Observavit idem Autor, dimidiam Colubrinam, (tormentum bellicum) per 5 millaria sonum diffundere. Si itaque hâc proportione observata 1024 tales colubrinæ simul explodantur, ad 160 millaria prôcurreret sonus. Radix enim quadrata est 32, quæ per 5 multiplicata parit numerum 160. Ita 4000 colubrinæ sonum ad 300 millaria circiter extendent. Nec sane incredibile est tam longè audiri tor-

men-

mentorum simul explosorum sonos, cum notaverit Lemo-
nius *l.3. de occult. nat. mirac. c. 2.* auditum esse in sum-
mis montibus Tirolensis Anagrinis tormentorum fra-
gorem, velut in aëre tonitrua, cum Christiana & Turcica,
classis ad Naupactum acerrimè configeret, quæ magna sa-
nè locorum, longè ultra CC milliaria est distantia: nam
ad editiorem aerem montanum rectior soni via est, quam
ubi terræ tumor intercedit. Hæc Autor quidem ille,
tanquam certa præsupponit, qui & in odoribus, & ra-
diis lucidis similes augmenta rationes indagat: nam si pes
quadratus agri rore marino confiti, ad unam perticam,
odorem spargit, 8000 agri, quorum longitudo ad 4 milli-
aria, latitudo ad 3 extenditur, ad 64 milliaria spargent, è
quo spatio nautæ in Americam navigantes saxe terræ
sentiunt odores aromaticos. Quo fundamento inni-
xus, ille mensuram influxuum è sideribus in terram in-
stitui posse judicat. Sed missis illis extra scopum nostrum
constitutis, ad sonorum mensuram redimus, in qua ali-
qua desideranda esse existimamus. Nam raro sonus o-
mnium corporum tam accuratè æqualis; nec omnia lo-
ca tam plana, & ad transmittendos liberè sonos apta,
cum & ipse terræ gibbus sono obicem ponat: sed ni-
hil vetat illa quam accuratissima supponere. Deinde in
protenzione soni radices cubicas potius, quam quadratas
attendendas existimarem, cum ipse sonus non sub super-
ficiei, sed corporis ratione dilatetur. Quando itaque

Cc

unum

unum sclopetum forte per unum stadium auditur, 8 audi-
dientur per duo, 27 per tria, 64 per quatuor, & sic de-
inceps. Eandem ob causam existimari debet Buccinam, illam magnam Alexandri M., cuius supra mentionem fe-
cimus, si LX tubæ minores, quæ seorsim forte ad unum
milliare sonabant, à LX viris simul inflatæ, ad LX mil-
liaria sonum pretendere potuisse, præsertim cum sonus
in vastiore illa cavitate magis multiplicaretur. Quod si
jam tubam unam Stentorophonica ponamus ad milli-
are unum audiri, secundum hypothesisin Pettii 4 ad 2 mil-
liaria, 9 ad 3, 16 ad 4, 25 ad 5, 100 ad 10, 1000 ad 100
milliaria audientur. Quando itaque homines cum 10000
tubis ita ponuntur, ut muros urbis è propinquo circum-
frent, vortices aërei, qui ad 100 milliaria alijs propel-
lerentur, muros ex omni latere pulsant, mirâ circulorum
confusione, & radiorum refutatione perpetuâ, novâ so-
norum successione semper auctâ. Quâ ratione impul-
sus à termino 100 milliarum ad perticas aliquas constipa-
ti non exiguum pondus esse verosimile est: ne quid di-
cam de aëre infinitis modis à se per minima divulso &
rarefacto. Quod cornua illa arietina, quæ inflarunt Isra-
élites, attinet, nec eorum exiguis sonus fuit. Magna
enim soni è concavo mugientis vis est. Imò ipsum
illum mugitum, quem tauri edunt, si Æliano lib. 10.
de Anim. cap. 7. credimus, à triginta stadiis percipiunt
yacce. ἀπὸ τριάνοντα σαδιῶν ἀκόσιν ταύρων οὐκώ-

ερωτικὸν σύνθημα κοῦ ἀΦεδίσιον μυκωμένη Φασὶ.
 Vaccam à 30 stadiis audire ajunt tauri mugientis signum,
 ac velut tessaram Veneream. Fortasse & locus ipse , ut
 jam supra innuimus, multum ad augmentum soni con-
 ferre potest. Certum enim est, quibusdam in locis longe
 intensiore formari sonum , qui non formatur in aliis:
 Cujus elegans exemplum Kircherus in Phonurgiâ lib. 1.
Seez. 6. cap. 1. affert , ubi de experimentis tubæ Stentoro-
 phonicæ in monte Eustachiano factis agit. Repercussions
 enim crebræ vehementer augent sonum , quod & expe-
 rimento è Varenio supra allato patet, ubi minore sclopetō
 intra montium anfractus exploso , tantus sonus excitatus,
 ut ille qui explodebat, metueret , ne totus secum mons
 corrueret. Imo non desunt , qui certas cavernas certis
 sonis, ut chordas non omnibus sed æquisonis responde-
 re existimant.

Denique & hoc à quoquam adduci possit: cum
 terræ tam spissum & firmum corpus per Ionum non
 adeò magnum ita concuti possit ut tremat, annon &
 idem muris contingere possit. Straussius in Itinerario
 Moscovitico-Græco, Germanicè scripto *cap. 4. Itin. 3.*
 campanæ maximæ 3940000 librarum meminit, cum
 pistillo 1100 librarum , cuius sonus adeò horribilis , ut
 ipsam terram concuteret, quod & nonnulli de campanâ
 Erfurdensi asserunt, cuius sonus teste Kirchero ad 6 mil-
 liaia

liaria Germanica auditur. Meminit & Mersennus fistulae in organo pneumatico, cuius sonus tam validus fuit, ut penè terram dehiscere metueres. Ita Daniel Bartoli observavit argenti vivi in vase motum, cum curruum per plateas agitatione moveretur terra, non usque adeò vicina. Notum est aure terræ admota è longo spatio audiri posse rotarum & equorum strepitus. Sed tamen magna differentia est pro qualitate terræ: nam cavernosa vel continua, quæ multum aëris continet, longius sonum protendit, quam uliginosa, palustris & sabulosa.

Illa quæ hactenus vel è Mersenno produximus, vel in Mersennianæ sententiaz gratiam ipsi adjecimus, satis speciosa videri poterant, neq; quicquam tam stupendi effectus gloriæ detraherent, si cogitemus plus esse in naturâ miraculorum, quam opinentur aliqui, quæ suis causis, sed nobis ignoratis, constant, ab opifice autem hujus universi certo quodam consilio sibi soli reservantur & nonnunquam in sui nominis gloriam manifestantur. Sed malum nos, ne quam profanis hominibus secus sentiendi occasionem subministremus, vel Dei ipsius vel angelorum immediatam operationem, præ naturali causa agnoscere: præsertim cum & Apostolus *Hebr. ii. v. 30.* unicè fidei hanc murorum ruinam adscribat. Accedit præterea ille circuitus septies repetitus, silentium imperatum & cæteri apparatus omnes è præcepto Dei præscripti, qui divini

wini aliquid ipsâ illâ specie ostendunt. Ne quid dicam,
de eo, quod aliqui in dubium vocent, à populo uni-
verso tubas fuisse inflatas, inter quos est Bonfrerius ope-
rosus aduersus secus sentientes disputans. Quo casu non
tanta soli clamori solisque tubis sacerdotalibus vis adscri-
bi posse videtur. Recentius exemplum similis miraculi
affertur à Lipsio lib. 1. cap. 2. monit. 4. de Avallonis ur-
bis à Roberto Galliae Rege sanctissimo obfessæ muris
sponte corruentibus, ipso interea laudes hymnosque cum
sacerdotibus in tabernaculo concinente. Cui non dis-
simile est, quod Hedion Hist. Eccles. part. 3. lib. 2. cap. 7.
habet de Saxonibus & Pictavis à Britannis per vocem
Halleluja, Episcopo præcinente, ipsis concinentibus, in
fugam conversis. Præterea hanc historiam ut typum
mundi per novissimæ tubæ clangorem ac vocem divinam
evertendi intueri debemus: ut enim verbo Domini cre-
atae sunt terræ, ita & voce tubæ novissimæ dissipari pos-
se ac debere novimus. Quanquam & hic sunt, qui tu-
bæ Angelicæ sonum, naturali ratione terram convulsu-
ram existimant, ut alii eum conflagraturum speculi ali-
cujus caustici ab Angelis ex aere fabricandi ope, autumant,
de quibus videatur Pandulphus libro de fine mundi in-
dissputatione Pythagorica passim. Emphatica ista sunt,
quibus vocis divinæ vis describitur ut Ps. 19. quod confrin-
git cedros, subsilire faciat eas sicut vitulum Libani, &
montes sicut filium unicornum, concutiat deserta.

Quanquam & ista de tonitru accipientur, Ita Psal. 45.
Dedit Dominus vocem suam, & mota est terra. Apud
Esaiam 6, v. 4. **voce Cherubinorum tētōz̄ȳov suum-**
insonantium cometa sunt superluminaria cardinale.
Quibus locis voci etiam divinæ & Angelicæ illam corpo-
ra movendi potestatem tribui videmus. Poetæ quoque
 nostri (ne & hos omittamus) quam decorè & ad rei
 veritatem clamorem magnum describunt! De Cyclops
 Virgilius:

*Clamorem immensum tollit, quo pontus & omnes
 Intremuere unda,
 Et de alio; quod cornu recurvo*

*Tartaream intendat vocem, quâ protinus omne
 Contremuit nemus & sylvae intonuere profunde;*
 ubi significanter Tartareum sonum vocat, qui cornu
 editur: eleganter etiam alibi misceri & quor clamoribus
 dicit. *Quarum descriptionum majestatem & tūz̄or*
 nullus cæterorum Poetarum est assolutus. In iis enim
 admirabile elucet Poetæ nostri judicium: cum Homerus
 aliique Poetæ multis modis ineptiant. Cæterum que
 Virgilius Poetarum more de Cyclope, & Homerus de
 Achille & Stentore, aliqui de nonnullis historicâ fide tra-
 dunt, Anna Comnena, *Alexiados lib. 1. pag. 24.* *Paris. Regie.* de Roberto Normanno, qui postea Dux
 Lombardiae, hæc testatur; *Vocis sonum quod ait* *Homerus quidem de Achille memorat, ex loquente*

deri solitum adstantibus fere vocem audire tumultuantis
multitudinis. TETRS DETR ἀνδρῶς, ὡς Φασι, τὸ εὐ-
θῆνα πόλλας ἐτέπελο μυριάδας. Hujus autem,
ut ajunt clamor myriadas ipsas integras percelleret in-
que fugam verteret. χαλκόφωνοι illi Græcis dicebant-
tur. Quales si hodie multi superessent, ipsis fortassis
murus & fornicibus metuendum esset. Virgilius quoque
noster descripturus cicadarum molestum & continuum
cantum, quam scitè ait :

Cum cantu querula rumpent arbūta cicada:

quasi scivisset, aut conjectasset Poetā unisono & conti-
nuo cantu rumpi aliquid posse, ut eo velut extremo so-
num talēm describeret.

CAP. XV.

Ex cursu de voce humana. Ejus varia. Et pene infi-
nitā modificatio. Ars que à nativitate surdam,,
itaque mutum, per visum informat, ut loqui ipse discat,
Et per visum alios loquentes percipiat. VVallisii super
illā re tentata. De naturā Et formatione literarum qui
scripserint. Petri Montani liber de Pronuntiatione.
VVilliami Holderi, Helmontii, de hoc argumento medi-
tationes. Bonneti Hispani de hoc argumento, liber.

An-

*Ante illum Pontius banc artem professus. Franciscus
Lana & Schottus notantur. Exempla alia aliae.
Ars illa longe antiquior. Rudolphi Agricola & Vivis te-
rimonium. Surdas ac mutus Musicas docere conso-
tias potest.*

Verum nos, dum de sono explosivo differimus, ex-
tra scopum impetu ejus projecti, redimus tandem
in viam. Iste quia penè infinitè superat pro-
portionem motus, qui inter sonora corpora intercedit,
dum universum aerem movet, simul interna compa-
ctorum corporum pervadit, ac interdum rumpit. A-
lia vero ratio est vocis humanae, certo tono vitri intimè
subeuntis ac rumpentis, quam supra dedimus. Hic et
nim unà cum impetu sed mediocri jungitur particularum
minimarum in aere protruso talis compositio ac figurā,
quæ poris vitri æqualis penetrare illos possit. Illum e-
nimir requiri arguento est: quod non nisi vocis vel
tubæ, aut alterius cuiusdam idonei instrumenti pneuma-
tici sono, qui in utroque non absque impetu est, sonus
in vitro provocari possit. Hanc ipsa rei ac effectus evi-
dencia quasi ob oculos ponere videtur. Nec mira af-
fertio nostra illi videbitur, qui perpendit secum, quam
varii fermentur, gutturis, linguae, oris, dentium, labi-
orum vario positu soni, elati, molles, asperi, clari, ob-
scuri: quam infinito inter se numero tot literarum soni
com-

componantur; quam præterea affectibus temperentur. Singulorum enim peculiaris ratio est, & accurata determinatio. Quid quod ad eò eorum sibi constet distinctio, ut ad regulas alligata artem pepererit, quâ aliquis à nativitate surdus, atque ideo mutus, informari possit, ut & oculis motus illos percipiat, distinguat, ac imitari ore discens tandem ipse loqui incipiatur alius intellectus, aliosque loquentes visupercipiat, probeque sonos eorum intelligat ac exprimere norit, etiam cum barbara verba & lingua sibi per informationem ~~admodum~~ non cognita loquuntur.

Sollicitos, ut video, habuit res ista Viros in Angliâ celeberrimos. Inter eos Wallius est, cuius exstat prolixa ea de re epistola ad Dn. Boilium scripta in Actis Philosophicis Anglicis Num. 61. quâ excogitaram hanc ab se artem pluribus exponit, cui specimina quædam, istius Autoris Actorum editor subjungit. Fundamenta ejus artis in libro de loquelâ Grammaticæ Anglicæ præfixo tradit, in quo omnium literarum sonos explicat eorumque formationem demonstrare laborat. Quo etiam in argumento Hieronymus Fabricius ab Aquapendente, libro de Locutione ac ejus instrumentis, Erasmus de Pronunciatione, Scaliger in libro de causis Latinæ Linguæ, Bernardus à Malinkrot tractatu de Literis, Cordemoy Dissertatione elegantissimâ de Verbo Gallicè scripta;

pta; præ cæteris verò singulari *anglica* versatur Petrus Montanus Sacerdos Batavus libro de Arte Pronunciandi patriâ linguâ edito. Est & alius William Holder, qui *Anglicâ* linguâ ante aliquot annos etiam de surdi & muti informatione librum edidit, qui additur tractatui ejus de elementis loquelæ. Admiseretur & ab Helmontio, Filio, in Alphabeto suo vero Naturali (ut vocat) Hebraico similis quædam de surdo ac muto in linguis informando dissertatio. Sed nemo unus, quantum scio, mentionem fecit hominis Hispani, de quo extat apud Dibæum *tract. de nat. corp. cap. 28. n. 8.* narratio, qui integrum eo de argumento librum jam ante quinquaginta annos patriâ lingua conscripsit. Nec fugere tamen ejus notitia illos è Dibæi libro poterat, qui diligentissime historiam rei recenseret, adducto exemplo Principis, cui homo iste Hispanus præcepta illa prescriperat, quibus id effecit, ut summo omnium stupore intelligere alios loquentes ac loqui ipse expeditè potuerit. Diu frustra quæsivi librum, donec tandem illum natus fui. Titulus verò ita habet: *Reducción de las letras y arte para enseñar a ablar los mudos.* id est: *Reductio literarum et artis informandi mutos, ut loquantur.* Autor est. Juan Pablo Bonet, Barletserbant de su Magd. entretenido cerca la persona del Capitan Gen' de la artilleria de España, y Secretario del Condestable de Castilla. Ea enim ipse munera sua nominat. Quem tamen Sacerdotem Dibæus

haec vocat. Liber editus est Madriti, in quarto, apud
 Franciscum Abarco de Angulo Anno 1620. ac Regi ipsi
 inscriptus. Eo in libro prolixo omnium literarum sonos
 eorumque formationes tradit, artem quoque ad nume-
 rorum doctrinam & Græcam linguam extendit, modum-
 que monstrat, quo methodus illa cæteris in linguis insti-
 tui possit. Sed aliis tamen iudiciis, non primum ipsum fu-
 isse hujus artis inventorem, constat: nam apud Vales-
 um Poncii cuiusdam mentio fit, qui hujus artis aliqua
 documenta dedit. Id vero mirum mihi visum est: Fran-
 ciscum Lanam in Prodromo Artis Magistræ, libro Ita-
 licè scripto c. 4. negare de istius artis præceptis quicquam
 libris traditum, cum tamen Digbæus, cuius illic locum
 citat, scripti ejus mentionem injiciat. Errat & insigni-
 ter Schottus, qui in *Technicâ curiosâ lib. 7. c. 1.* mutum
 illum, à Bonneto edoctum literas, & cuius meminit Dig-
 bæus, autorem existimat esse libri de unitate sermonis
 scripti. De aliis quibusdam refert idem Schottus
Phys. curios. lib. 3. c. 33. naturâ docente è motu labiorum
 observatione assiduâ sermonem eos intellectisse.
 Novi, inquit, in *Sicilia virum doctissimum è Societate*
nostra, qui surdus erat penitus, & tamen promptissime
*de quavis re, tam cum nostris, quam cum externis age-
 bat, tametsi nulum perciperet verbum, dummodo la-
 biorum motum loquentium videbat. Hujus rei experi-
 mentum manifestum tunc vidi, cum virum alium, ejus*

rei experimentum capere volentem perspexi deū cum illo colloqui, nullo prolatō verbo, sed sermone tantum lingua ac labiorum motu efformato. Idem notatum fuit in P. Paulo Layman, viro aquè pio ac docto; qui cum titula enea incautâ explosione propè aures illius factâ in solemnî quadam procesione, vim audiendi propè omnem amississet; assiduâ postea oris loquentium observatione, didicit visu percipere, quod non poterat auditu. Similem in quodam Sabaudiæ Principe operam impendit ingeniosissimus Comes Emanuel Tesaurus, cuius exempli testis $\alpha\pi\beta\pi\eta\varsigma$ fuit, qui mihi hæc narravit, Vir amicissimus, ut juris scientiâ, ita elegantium literarum culturâ laudissimus Dn. Axenius,

Hanc vero artem, si non totam, certè magnâ sui parte longè esse antiquiorem quis conjecterit, si, quæ Rudolphus Agricola, qui ante CC annos vixit, lib. 3. Invent. c. ultimo scripsit, perpenderit: *Vidi, inquit ille, surdum à primis vita annis & quod consequens est, museum, didicisse tamen, ut quacunque scriberet aliquis intelligeret, & ipse quoque, tanquam loqui sciret, omnimentis sua cogitata perscribere posset.* Cui ægrè fidem habet Johannes Ludovicus Vives, qui in libr. 2. de animâ cap. de discendi ratione hæc habet: *Quod magis miror fuisse mutum & surdum natum, qui literas dicerit: fides sit penes Rudolphum Agricolam, qui id memoriæ*

21.

rie prodidit, & se illum vidisse affirmat. Huic Vivis loco, qui libri quo utebar possessor fuerat, simile exemplum de Sutore quodam in margine adscripsérat. Non potuerunt autem ista absque præceptis peragi: Unde enim literarum potestatem sciret surdus ac mutus, nisi a vivo præceptore fuisse demonstrata? Quomodo surdus ac mutus musicas, docere consonantias possit, ac organa musica concordare vide Bettin. in Apiar Mathemas. X. Progymn. 1.

CAP. XVI.

Excurſus de mirabili efficacia ſonorū corporibꝫ proportionatorum. Multi in orbe ſont. Harmonia orbium celeſtium Pythagorica. Kircheri & Campanelle votum. Rabbini ē celeſtibus fluxibus vim illam ſoni arceſſunt. Orphei lyra ad celeſtis bermonia influxus temperata creditur. Enthusiaſtarum ſemina. Sensus ſonis & phantasia corporibꝫ & quibusdam adſcribitur. Figlina opera carmine rupta. Orpheus an vere ſaxa fidium cantu attraxerit. Fera per musicam domari possunt. Testimonia & exempla adduſta. Serpentes an certis vocibus rumpantur. Quidam litera & ſoni animalibꝫ vel grati vel ingrati. Literarum cum ſonis corporum ſymbolismus. Exempla nonnulla. Aves imitatri.

24

es sonorum. Tarantule certis sonis & cantibus mo-
ventur. Eadem mortua & discissa sonis quasi resupita-
ri videntur. Moribundos concentus & instrumenta
magnopere afficiunt, Torpedo vivens mortuos pisces
ad motum irrigat. Causa, quare Tarantula sono move-
antur diligentus inquirendā. Insecta exquisito tactu
sensu prædicta. Socordia in vi Musices accuratius inda-
ganda notatur. Disciplina odorabilium à quodam invenu-
ta. Causa quare in Musicis efficacia indaganda tam
parum proficiamus. Instrumentorum varietas diligenter
examinanda. Tibiarum plurima antiquis genera singu-
lis singula usibus destinata. Indoles soni accurate investi-
ganda. Rhythmorum tempora affectibus applicanda.
Exemplum in tympano & tuba ad pugnas sollicitante
Mersennus prima lineamenta duxit Musica antiqua re-
caurande. Post illum Isaacus Vossius,

Prolixiores quam decebat suimus in historiâ de Mu-
ti & Surdi informatione, invitavit enim rei novitas &
occasio varietatis in sonis, qui ore proferuntur. Longè
mirabilior est sonoram harmonicorum efficacia, quo-
rum ope multa in natura miranda produci possent, si eo-
rum naturam plenius perspectam haberemus. Recussi-
mè Kircherus in *Musurg.* lib. 9. cap. 7. Est abdita quo-
rundam sonorum ris ad certa quadam corpora ita pro-
portionata, ut illa tantum, non alia moveat, in unis
vix

vim suam, non in aliis imprimat, sicut magnes non in lignum, plumbum similiaque vim suam exercet, sed in consimili corpore; ita certi sunt soni, qui certis quibusdam corporibus excitandis apta sunt & proportionata. Quam proportionem si quis sciret, band dubie maxima naturae miracula ejus ope patrare posset. Veritas ejus asserti vel hoc vitri per vocem fracti experimento demonstrari potest: quod a grè quis crederet, nisi a lochia & tot testibus res illa pateret. Conjicere itaque vel ex uno hoc licet, plura talia in natura latitare arcana nobis ha-
 stenus ignorata, plura priscis fuisse seculis cognita, quæ jam sunt oblitterata. Pythagorei harum speculationum, sublimitate eò abrepti, ut orbium cælestium motus su-
 yissima & ineffabili harmonia inter se consonare crede-
 rent; Cui sententiae quodammodo adstipulatur Kirche-
 rus *Musurg. lib. 6. cap. 1. theor. 9.* nihil statuens irr hoc
 esse universo adeò immobile, quod non aliquem sonum
 et si nobis insensibilem producat: adeò ut si Deus poten-
 tiam auditivam hominis confortaret, pro infinita cor-
 porum motu aëris percussorum varietate, variaque con-
 ditione & qualitate innumerabilem quoque harmoniæ
 varietatem esset perceptura. Campanella sanè existima-
 bat, fore ut aliquando inveniantur aurium subsidia, ut o-
 culorum, telescopia, quibus illa orbium musica audiri
 posset. Non desunt etiam inter Rab'inos & hodier-
 nos Enthusiastas, qui suayibus illis somniis animos sibi
 pas-

pascunt. Et illi quidem de Davidis cithara mirifica ja-
 etant: ajunt enim illam fuisse decachordam ad exemplar
 arboris Sephirothiæ constructam, ac decem divinarum
 virtutum effluxibus velut fructibus quibusdam foecun-
 dam: ajunt & Davidem sidus illud cognovisse, cui con-
 centus conjungendus esset, ut phrenesis retundetur.
 Quâ arte & Orpheum usum fuisse crediderunt, cum sa-
 xa & sylvas traheret citharae sono ad motus orbium
 cœlestium composito. Enthusiastæ nonnulli mira hic
 quoque somniant de divinâ sonorum arte, quomodo sci-
 licet ad insmanem distantiam C & plurimum milliarium
 illi propagari possint, quomodo vocis nostræ so-
 flus ad amicum quacunque distantia possum possit per-
 tingere. Quos suos delitiis ebrios sibi sapere permitti-
 mus. Illud sane dissimulare non possumus, affines his vi-
 deri; qui sonos corporum sensu aliquo præditos se mu-
 tuo cognoscere autumant, merito ab Honorato Fabri
 explosi. Helmontius sane Phantasiam, ut omnibus corpo-
 ribus, etiam inanimatis, ita & sonoris adscribere non vere-
 tur ut jam supra notavimus. Quod si verum est, frustra in
 capite statuæ lignæ cerebrum desideravit Vulpes Æsopica,
 nam jam dudum illa si Helmontio credimus phantasi-
 am habuit. Sed negandum non est, motus excitari posse
 per sonos in corporibus subtilissimos, nullo ingenio de-
 prehendendos, ut imperitus quis magicas subesse operati-
 ones credat. Multa ex illis, quæ Campanella libroq. de

sen-

Sensu rerum cap. 17. ad vim sonorum magicorum demoni strandam adducit; simplici motus ratione explicari possunt. Quibus tamen multam sciri fabulosa certum est, quæ à nonnullis magno studio congesta videas. Quibus accenserit pleraque debent, quæ Plinius *lib. 28. c. 3.* sollicitè recenset, ubi inter alia de figlinis operibus certo carmine ruptis notat, alia eerta ratione quam vitrum cantu rumpitur: quod magicis operationibus, qui causa ignoratus esset, facile adscriberet. De Orpheo notissima est fabula, illum saxa cantu fidjum ad numeros & saltus commovisse. De Carmente sive Canente Pici Regis uxore idem asserit Ovid. *lib. 14. Metamorphoseon.* Sed illa allegoricè vel per poëticam hyperbolèn dicta creduntur. Licet non delint, qui arte magica id effectum fuisse ab Orpheo contendant, ut Delrio *lib. 1. cap. 4. quæst. 3. Disq.* *Magic.* de Fabio Paulino narrat, qui veram sylvarum & saxorum abstractionem fuisse ex Platonicorum mente disputat, & per septem modos probat; quæ refutat loco citato Delrio. Ipse quoque Campanella largus aloquin in sensibus rerum inanimatarum defendendis *lib. 4. de sens. rer. c. 18.* stolidos hos esse pronunciat qui arbitrantur vi sonorum ex cælo potuisse Orpheum saxa & plantas allucere & movere. Non enim, ut ait, vis modica soni potest in maxima pondera lapidum & plantarum. Neque tantus in his sensus, qui motum arripere possit tantum. *Quod soli Dæmones & Angeli facitare tan-*
E e tum

tum possunt. De feris beneficio musices perdomitis non est res omnino à vero aliena. Notatur inter acta Societatis Regiae Anglicæ, quæ Dn. Henricus Oldenburgius publicavit Num. 114., in enarratione libri, Anglicâ lingvâ scripti : *Epitome Artis totius Oeconomicæ cum experimentis I. B.* posse animalia fera beneficio certorum instrumentorum & rythmorum musicorum cicurari , ad servitia humana subjugari, cujus varia exempla in libro, qui illic laudatur, de *Humana industria & ingenio*, adducuntur, & eâ arte vetus illud plenumque dominium super animalia posse reduci. Ejus artis quædam vestigia etiam apud Varronem sunt , cujus de re rusticâ lib. 3. cap. 13. locus exhibetur. *Quintus Orpheus vocari jussit*, qui cum eo venisset cum stola & citbara & cantare esset jussus, buccinam inflavit, ubi tanta nos circumfluxit cervorum, aprorum & caterarum quadrupedum multitudo, ut non minus formosum mibi sit spectaculum , quam in circu maximo edilium, non sine Africænis bestiis, cum fuissent venationes. Idem lib. 3. cap. 17. de pilicibus ad tibiæ sonum congregatis refert. Musicâ streperâ & unisonâ præcipue percelli animalia posse ipse testari possum. Vidi cum in Belgio naviculâ veherer, essetque inter vectores , qui lyram percuteret, Boves, qui in ripâ pascebantur ad dimidium ferè milliare, sonum lyrae cum tripudiis secutos. De serpentibus nota res est, illos certis carminibus rumpi posse. Alcamus Arabs, quem citat.

eitat Bochartus *Hierozoic. sacr. p. 2. lib. 3. c. 6.* ait: *OS vel OSOH esse vocem, qua cum serpenti dicitur, eum se dimis- tere. Forte, ut addit Bochartus, quia serpentis fibulum imitatur.* Idem Lotichius in *Petronium. lib. 2. cap. 12. pag. 260.* testatur, serpentes conjurari his verbis *Osi, Osiā,* *Osiī posse*, ut loco cedere nequeant. In libro Mirabilium Saga Thessala etiam dicitur *μιμεῖσθαι τὸν Φανῆν τὸ θηρέα.* De Scorpionibus simile quid narrat Plinius *lib. 28. cap. 3.* Et sanè non est de nihilo vocum quosdam sonos certis animalibus esse' vel suaves vel graves, ut hominibus contingere videmus. Ita literâ R, quæ canum quasi propria est, eos offendit videmus, qui campanarum & tubarum sono nonnunquam etiam ad ululatum cieri solent. Verulamius quoque observavit in *Sylv. Sylv. Cent. 2. n. 200.* cognationem inter sonos ab inanimatis corporibus aut animatis, quæ articulatam vocem non edunt. Sic trepidatio aquæ similitudinem cum literâ L habet: metallorum extinctio cum literâ Z, sonitus strigis cum S. H., sonus felium cum diphthongo EU, vox cuculi cum diphthongo V, sonus fidium cum N. G. Putat itaque Verulamius, si quis in hanc curiositatem incumbat, ut effictæ à se pupulæ pronunciandum indere cupiat verbum, considerare primum debere motus instrumentorum vocis, exinde similes inanimatis efformare corporibus, & attendere ad conformitatem, similitudinis istius causam. Possunt ergo & animalibus certi

quidem soni & literæ ita esse naturales, ut ad illa auscultent. De Xiphia pisce certo quodam carmine à Piscatoribus capto operose causam inquirit Kircherus *Mus. l. 9. c. 7.* quæ nos suo loco relinquimus. Asinos ad vocem Martini temper respondere, sunt qui observant. In quibus nisi consuetudini, quâ se ob initio vocata meminerunt animalia, aliquid tribuendum, occultior quædam ratio symbolismi inter hos & animalium sonos admittenda est, ad quam tamen temere procedendum non est. Incredibile enim est, quanta adsuetationis hic vis sit. Cujus plurima de piscibus in primis exempla cumulavit diligentissimus Frommannus de Fascinatione *lib. 1. part. 1. sect. 2. cap. 3. & part. 2. sect. 2. cap. 14.* Ita apud Chinenses anates tympanis, cum in pastum abierint, revocantur. Nec alia illi causa subest, quod velut prodigium notavit Meursius in Athenis Batavis *lib. 1. cap. 22.* ubi de obsidione Leidensi agit: *bubulum pecus*, inquit, *in pascua tempore obsidionis dimissum*, *unde identidem immunitibus obsessoribus*, *quod mirandum, sonitu aliquo, quem dignececeret, revocatur.* In avibus manifesto deprehendere possumus, quanta fistularum & cantus vis sit in spiritibus larum demulcendis, adeò ut ipsæ imitentur ore suo similares sonos. In cæteris animalibus, quamquam imitatione sonorum nulla sit, ob organorum defectum, apprehensio tamen eorum concedenda est. Observat Venelamius *Sylva Syriacæ* s. n. 238 i vidisse se mollescentes qui

qui ululatum auribus immissum per aliquod temporis spatium redderet. De equis certa lege ad fidium aliorumq; instrumentorum sonos choreas edoctis nostri temporis experimenta confirmant. De tibiarum vi in commovendis brutis, multa Cl. Bartholinus *de Tibiis lib. 2. cap. 7.* congesit. Unum est de Tarantulis per certos sonorum rythmos motis, quod fidem pene omnem superat. Adeò enim mirabilia sunt, quæ de ipsis notarunt autores fide digni, ut suspensum hominis philosophi animum teneant. Quæ cum fieri videamus, & tam prodigiosos in hoc insecto, omnibusque in quos humor istius insecti transfusus est, effectus deprehendamus; vix aliis, quæ passim circumferuntur, mirabilium effectorum historiis fidem & assensum negare possumus: certè non temerè pro figmentis & fabulis habenda videntur. Sunt qui ajunt, tarantulam mortuam, imò in duas partes scissam, ad datum cytharæ cantum reviviscere. Quod si verum est, Honoratus Fabr. *Pbyf. tract. 3. lib. 2. prop. 273.* inde provenire existimat, quod insectum illud, instar muscæ & aliorum animalculorum, nondum vitam omnem posuerit. Magnam alioquin vim etiam in spiritus fugientes, apud homines, soni harmonici habent: ut existimem tubæ alicujus sono animam agentis spiritus ad tempus exiguum revocari posse, ut fuere qui clamoribus in vitam revocati aliquo tempore, quamvis cum omnium sensuum stupore, supervixerint. Moribundis

sanè nihil gratius est suavi musicâ, eorumq; sensus jam pe-
 nac sopitos demulcet & moratur. Neque omnino est incre-
 dibile mortuis etiam tarantulis talem per cytharæ sonum
 imprimi motum posse, qui veneno ab illis excreto & in ho-
 minem transfuso imprimi potest, ut apparenter vivere vi-
 deantur. Quemadmodum in torpedinè vivente notat Mar-
 cus Marci, in fine Philosophiæ suæ veteris restitutæ, si in-
 ter mortuos pisces reponatur eosque tetigerit, illos se-
 ipsos movere, ut interno quodam arcano motu cieri ac
 vivere videantur ; qui viventes tamen per illam omni
 motu privantur. Certè in pedibus araneæ avulsis mo-
 tum per bene longum tempus superesse videmus. In
 causas hujus insoliti effectus à nonnullis inquisitum est,
 quibus adducendis frustra hic laboramus. Quid Kir-
 cherus, & post illum Sengwerdius tentarint notum est:
 Arguta satis disquisitio Honorati Fabri est, loco superius
 citato, qui tamen non tantum mysterii in rythmo & di-
 versitate cantus quærendum esse autumat. Putat enim non
 tam à cantu, quam à sono & à vibrationibus nervorum
 cytharæ, fibrarum vibrationibus conformibus hunc mo-
 tum procedere. Sed satis vel in hoc mysterii est: ut sancti,
 quorū etiam nos vertamus, nostra nos destituat soler-
 tia. Accuratio, quam haec tenus factum est, cura circa in-
 quisitionem instituenda est, ut fabulosorum à veris sepa-
 ratione facta, certior causarum sit investigatio. Certe
 & Marcus Marci oscitantiam aliquam in illis accusat,
 qui

qui observationes circa tarantulas instituerunt. Credidimus equidem, modo experimenta ejus rei capiantur, alia insecta, quae præ cæteris subtiliore tactu pollut, in primis araneas, forte & cicadas, quas natura jam ad saltus & cantum continuum disposuit, sonus quoque harmonicis convelli posse. Vel lumbricorum tam est tener tactus, ut ad exiguos pedum strepitus se proripiant: Aeris enim modificatio, qualis præcipue in sono est, corporisculis illis, quæ meri quasi nervi sunt, facilius se imprimit.

Illa cum ante oculos nobis posita videamus, miror temporum nostrorum socordiam, quæ in sonorum accuratiore indagatione non plus operæ ponant, quam fieri nunc videmus, cum possit longè accuratior eorum notitia haberi, & olim à priscis philosophis major illorum, notitia fuerit. Dici non potest, quo humanam pertinere possit ingenium, si unam aliquam rem magna animi contentionе agat. Memorabile sane est, quod Marcus Marci in suâ Philosophiâ Veteri restitutâ. part. 4. sect. 3. subsect. 4. lit. i. annotavit, de quodam Religioso Pragenſi, qui homines solo olfactu, impudicas mulieres, quæ plurimum confortioerant uſæ, ab honestis perfectè dignoscebat, ac novam scientiam odorabilium, opticæ atque acusticæ simulacrum moliri coeparat; innumeræ qualitates odorabiles, vulgo ignotas, quib⁹ ipſe nomina imposuit, ad certas classes

re-

revocando. Quos conatus intempestiva mors abrupte
 Quæ si circa odoratus sensum institui accuratius ab illo
 potuerunt ; quid veteræ illa quoque in reliquis sensibus,
 auditus præcipue tentari, quatenus nimurum variam so-
 ni in corporibus efficaciam habent. Qua parte hæc-
 nus nobis inculta jacet divinissima disciplina. Quis e-
 nim hodie in sonorum natura indaganda sollicitus est,
 quatenus illi vel morbos curant, vel affectus carent, qua in
 re veteres scientissimos fuisse argumento sunt tot historiæ
 ab autoribus fide dignis notatae. Nos illa spernimus à
 simplicitate naturæ abhorrentes, dum illud quod in so-
 nis ἐλκυστικὸν est, mille coloribus, figuris, & similibus
 nugamentis frangimus. In sensibilium accuratâ indaga-
 tione magna latet magia. Si religiosus ille odorum di-
 sciplinam eò usque perfecerat, quid non in sonis pote-
 ramus ? profundissimis certe speculationibus mira con-
 fici possent. Felices essemus, si illud quod homines
 per artis κακοζηλίαν de rebus naturalibus perdidimus,
 separare ab illo, quod purè nativum est, etiam in his
 possemus : quemadmodum in medicinarum præpara-
 tione illud unicè, nec sine ratione, a multis queritur.
 Ita haberemus naturam in omnibus defæcatissimam, nec
 ingenii nostri additamentis incrustatam.

Quod si accuratiorem omnium inire rationem ve-
 limus, ad hæc præcipue attendendum esset. Instrumen-
 to-

rorum accurata primùm examinatio instituenda, unde de modificatione soni vel crassi, vel tenuis, vel asperi, vel acuti judicium formari possit: Hinc illorum vel in levibus vel in vehementibus affectibus vis exploranda, ut quod hodiè promiscuè fit, non nisi apta suis affectibus adhibeantur. Mira certe res est unâ tibiâ variè instruēta, (nam pene triginta earum species fuere) tot affectus ciere potuisse antiquos. Ita Tibia Phrygia longa & pertenuis rarum & lugubrem edens sonum, ad tristiores affectus movendos: tibia Doria gravem emittens sonum, sed densum & plenum ad hymnos in Deorum sacris adhibebatur: amatoriis effectibus inserviebant Ionicæ tibiæ, acutæ & ræræ vocis: ad bellicos & iracundos motus inducendos tibiæ adhibebantur, quæ acutum quidem sed densum & plenum sonum formabant. Et sanè si quis perspicacitate mentis suæ illa rimatus fuerit, tot sonorum figuræ in uno instrumento, vel ratione formæ, vel materiae, vel crassitiei, vel tenuitatis deprehendet, ut mirari satis non possit. Singulis vero sua est indoles, sua peculiaris aëris modificatio, & diversus illius ratione effectus: quæ ad regulas certas attentâ contemplatione revocari poterant. Deinde ipsa sonorum compositio cognoscenda esset, & eorum rhythmus secundum pedes certos. Ut enim ipsa soni simplicis ratio in vibratione vel chordæ vel alterius instrumenti consistit; ita cantus ratio sua habet pulsuum rhythmicorum tempora, illis prioribus quasi subordinata;

Ff

suis-

Etisque vicibus distincta. Miram in animos vim habet rhythmiorum æqualitas, quod vel è rythmis militari- bus in tympano, tubâ, fistula deprehendas. Si tympano pulso adsocietur fistula vel litius, eisdem cum tympani pulsu rhythmis decurrentis, mirifice hoc animos movet. Tuba cum ad bella & arma incitat meris pyrrichiis, intermisstis subinde jambis utitur, hoc enim schemate, *u u u u u u v v v v u - u - u - u u u u u u u* rhythmus per- petus decurrit, quibus minutis & fractis sonis, sed con- tinuis & indesinentibus pulsibus, per brevissima intervalla sibi succendentibus, accedente soni asperitate, cum motu aëris quasi rupto & serrato, mirifice in furias agitantur & quasi à se divelluntur spiritus, aliqua ipsis quasi tem- pestate inductâ. Hanc ob causam in Corybantum & Cybeles sacris ad furorem inducendum, tympanis, cor- nibus & similibus instrumentis uti solebant, quibus & Bacchæ utebantur. Quarum apparatus describit Æ- schylus in Edonis.

*ο μὲν ἐν χερσὶ βόμβης ἔχων τόρνυ κάματον
δακτυλόδειπλον.*

τίκτλησι μέλος, μανίας επαγγεγὸν ὄμοκλαν.
Hic manibustenebat bombos, manibus elaboratos,
Implebantque metos quod furem aliceret.

Et eodem loco.

ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει.

Ταυρόφθονγγοι δ' ὑπομηνῶνται ποθεν

E

**Ἐξ ἀφανῆς φασέροις μύμας τυμπάνων δ' ἵκει
καθ' ὑπογείας βροντῆς φέρεται βαρυταρεῖσα.**

Psalmus autem resonat.

Boumg, mugitus amule voces reboant abunde

Ex operto terribiliter: tympanique echo

Tanquam subterranei tonitrus fertur turbulentia.

Planè & ad hunc modum Lucretius *libr. 2. de Gallis.*

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum

Concava, raucis/onoque minantur cornua canta,

Et Phrygio stimulat cantu cava tibia mentes.

Præ cæteris, quantum constat, ad veterem hanc Musicam resuscitandam consilia dedit solertissimus Mersennus, tum in elegantissimis suis Harmonicorum libris, tum commentario in Genesin *questione 57.* ubi longâ differentiatione modos proponit, quibus reduci illa veterum Musica possit. Hic præcipue urget, quod cantum attinet, pronunciationem eorum quæ canuntur, debere esse distinctam, literas & verba feligenda, singula auditori bene intelligenda, verborum quantitates & pedes observari debere; gestus & motus corporis ad musicam necessarios; cantum debere moribus, temperamento, patriæ illius accommodari, quem excitare volumus: modum esse immutandum, quando res ita postulaverit; suos singulis passionibus animi sedandis & commovendis nesciarios rhythmos *art. 7. 8. & 16.* proponit, & multa

Ef 2

alia

alii de quibus parum vel nihil solliciti sunt hodierni Musici. Idem argumentum ante aliquot annos Clarissimus Isaacus Vossius explicatus proposuit, in libro de *Poëmatum cantu & viribus rythmi*, ubi ostendit hodiernam Musicam adspirare non posse ad gloriam antiquæ illius, & viam monstrat, qua ad perfectiorem Musices scientiam pervenire possimus. Mersennus ad rem tantæ utilitatis omnes philosophos, medicos atque musicos provocat. Ejus Musices apud antiquos tantam efficaciam fuisse ajunt, ut totæ illâ Republicæ quasi temperarentur; ac Platô mores & statum Reipubl. huic connexos esse judicarit. Legendus est Aristoteles Politicor libr. 8. cap. 5. 6.

CAP. XVII.

Musicarius in affectibus movendis. Ultrum Phantasia, Man' spiritus & humores moveantur. Ipsius nervi moveruntur. Exemplum Equitis Vasconis, cuius vesica per formigis sono ad urinam reddendam incitabatur. Qua causa? Chinenses Medici statuunt vesica viam & spiritus ad aures pertingere. De Chinensium doctrinâ medica quid sentendum. Gingiva per stridulum cultri sonum eruentata. Dentes illo bebetati. Ratio Fracastorii. Epilepsia à sonitu cornu inflati. Omnis sensatio est quasi

mo-

motus harmonicus. *Ipsa vita in pulsuum rhythmis & proportione membrorum harmonica consistit. Sanguis an per verba fistatur.* *Historia de aggrata quodam.* *Morbi an per musicam currentur.* *De Tarantatis rationes aliqua adducuntur.* *Cborea S. Viti;* *Convulsiones satuares à variis causis internis & externis.* *Motuum illorum sympathia.* *Ex epileptica aspectu epilepsia.* *Pestis per Musicam curata.* *An morbi per fistulas è certis lignis vel plantis paratas curari possint.* *Negat adversus Portam Kircherus.* *Eius rationes non satis valida omnes.* *Mures & serpentes per tibiolas ex osificulis eorum congregati.* *Ligna arboris per ventum dejecta semper crepant in partibus suis.* *Ut & carbones arboris fulmine percussa.* *An sonorum in spiritus efficacia sit.* *Magici sonorum effectus.* *Iamblichi bac de re philosophia proponitur.* *Magorum Lapponum tympana.* *Campana Daemonum evocatrices.* *Vasorum è cupro apud Chinenses sonus imperio ominosus.* *Soni prodigiosi.*

Mirabiles ab antiquis Musices recententur effectus in furore, amore, sedando, inducendo, quorum exempla, ut notissima cumulare hic nolumus. Eorum causa si indaganda est, videndum, an spiritus primò, an vero phantasiam soni moveant. Sunt qui prius illud negatum eunt, ideo quod dormientes non afficiantur. Sed aliustum status est spirituum in corpore. Imo nec ipsos tener-

tenerimos spiritus tantum, sed & humores corporis exter-
teros movere potest sonus, quod graphicè adeò ob oculos
posuit Honoratus Faber *Pbys. tr. 3. l. 2. prop. 270.* ut addi-
nihil possit. Nec humores tantum, sed & ipsam nervo-
sam partem & membranas vellicat. Exemplum est in
Equite illo Vascone, cui phormingis sono audito vesica
statim ad urinam reddendam vellicabatur. Cui simile extat
Anno 1. Ephem. Nat. Curios. obs. 134. Rationem hujus
reddit Marcus Marci in *Pbil. V. Reft. part. 4. p. 452.* quod
idea soni connexa erat illi idea, quæ præst musculo ves-
sicæ. Quæ an rem omnem conficiat, alii viderint. Si
Chinenses audimus, quorum medicinam & anatomen
nuper orbi Europæo exhibuit Andreas Cleyer: Is in
tractatu de Pulsibus cap. 20. ita: *Vesica via & spiritus per-*
tingunt ad aures, & per illas quinque voces seu sonos per-
cipiunt: in promptu jam cauæsset & in connexione illa
quærenda. Sed mirabilis illa Chinensiū circa pulsus doctri-
na, quam præ Europæa in coelos extulit laudib⁹ Vir quidam
Clarissimus, parum habet solidi. Omnia sunt incerta & nu-
gacissima. Quid huic opinoni tribuendum sit, viderint Me-
dici. Omnis alioquin in illis libris anatome commentitia est,
& ex ingenio conficta. Cujas commatis etiam illa sunt,
quod ex auditu quinque sonorum ægri morbus indagari
possit: hepar habere vocem gementis, cor ridentis, stoma-
chum cantantis, pulmonem flentis, vesicam singultientis,

fi

*S*i ergo ad fletum ager inclinat, laborare pulmonibus, si cantare gaudet, stomacho. Qualia profecto

*N*on sani esse hominis non sanus juret Orestes.

Priori illi simile est, quod apud Bartholin. *Cent. IV.* ep. 152. habetur, de Boylii servo, cui quoties cote cultros acuebat, ingratus iste stridor gingivas cruentabat, ut sanguis inde profunderetur. Solet idem sonus aliis hebetare dentes, cuius causam hanc suppeditat Fracastorius *de Sympath. c. 14.* quod applicatione in angusto facta, membrana auditus quasi ista offendatur, unde & contrahatur sepente, ac cum ea simul & nervuli quidam usque ad radices dentium, in quem locum subito recidens novus aer hororem quendam circa dentes faciat. Notavit & Forsterus in observationibus singulare exemplum feminæ cuiusdam, quæ sonitu cornu inflati in Epilepsiam inciderit. Ut enim densatio & multiplicatio soni in hoc instrumento est, ita spiritus quasi in orbem rotantur, ut ille qui aliquo tempore cornu inflat cerebrum & caput concutisibi sentiat. Quare teneriores spiritus facile ad convulsivos motus tam incondito sono disponi possunt.

Quos in partibus quibusdam nervosis motus per sonum excitatos observamus, eos toti nervorum systemati imprimi posse dubium nullum est. Omnis sen-

satio nostra quasi in motu harmonico consistit, cum ad æquales specierum sensibilium vibrationes nervi æqualiter comoveantur, ad instar chordæ unisonæ, in æqualibus illi refugiant, & doleant. Imo ipsum illud corpus humanum quasi cythara quædam est, aervis suis, ut fidibus constans, ut pulchre & appositè imaginem ejus delineat Berigardus *Circulo Pisano part. 6. circ. 12.* Ipsa illa vita nostra, ille aer, quæmhaurimus, harmonicâ sua dimensione constat. Pulsus arteriæ suis quibusdam rhythmis constant, quos ad musica tempora quorundam reduxit solertia. Quidni ergo & nervi vibrationum capaces sint, quas in totâ sanguinis massâ totoque corpore deprehendimus. Ne quid dicam de membrorum proportione, quæ & ipsa harmonici quid habet, ut videmus naturam in plantis, e. g. in equiseto talem intendere, ad cuius internodiorum mensuram Kircherus omnes tonos fabricare eleganti experimento docuit. Notum etiam est veteribus creditum, sanguinem carminibus certis & verbis sibi posse, quæ Homerica vocabatur curatio; quam Galenus ipse non contemnit. Illam vero superstitionem diligenter discussit Naudæus *de stud. militar. lib. 1. n. 33.* Per se enim verba nihil efficiunt, nisi verbis phantasia simul moveantur, ut factum est à quodam agyrta, qui, cum omnibus medici frustra laborassent in sistendo agroti sanguine, & pene extrema illi instarent, inopinato sermone allocutus est circumstantes: *Quid miserum illum vexat?*

*Si remedium vefris, illi jam moriendum est: quâ vocet
errore ægro incusso statim sanguinis fluxus cohibitus,
& adhibitis medicamentis ille pristino vigori restitutus.
De Salutatoribus, qui verbis, precibus curationes mor-
borum institunt alibi agendi locus erit.*

Quid mirum itaque, si tantum sonis in spiritus, ner-
vos, humores licet, idem illi licere in morbos, qui co-
rum pravâ dispositione oriuntur. Nam si in ordinem
illi redigi possunt, sanitas corpori inducetur. De Davide
è facris notum est, illum à Saule spiritum malignum abe-
gisse. De Rege Erico in furorem per musicam artem
conjecto Saxo Grammaticus, Olaus Magnus, & alii
tradunt, quod fabulosum habet Isaacus Vossius. De illis
qui à Tarantula veneno infecti sunt, res notissima est:
illos per certos sonos harmonicos ad choreas impelli, qui
bus veneni vis, per sudorem discutiatur. Quâ irre-
randum est, homines omnis artis saltatoriae rudes docosc
tamen, & ad artis leges motibus suis cantus exprimere,
mensuram. Cui similis illa furoris species, qua aliqui
in choreas sponte impelluntur, quæ à S Vito nonen ha-
bent, Corybantibus illis veterum non absimiles. Ac re-
fert Platerus Obs. lib. 1. p. 92. istis convulsionibus qua-
satum virum gravem, cum sibi à saltatione temperate
vellet, in risum immodicum & totius corporis agitatio-
nem morbum hunc erupisse. Scilicet ut titillationibus

Gg

sub

sub planis pedum &c axillis fibris moerices subsuntur; cum quādam delectatione dolori mista: & in his affectibus sit, quibus humor aliquis titillans variis salinis spiculis nervos indesinenter vellicat, sed blando & æquali motu, unde illa tripudiatoria spirituum dispositio, quam etiam notarunt in nonnullis lacte caprino nutritis, viri fide digni, & quotidie in ebriis videmus, quibus subtile illæ vini particule volatiles, in motus saltuares spiritus impellunt. Quibus si accedent æquales fidium numeri, in saltus agitabitur, qui ita dispositum corpus habet. Nam & ab illis vix sibi temperant, qui satis alioquin sani, mobiliores & agiliores spiritus habent, cumque in saltus se, verecundia recenti, non diffundunt, pedum plausibus, & tacito membrorum motu caducenæ rhythmos imitantur. Solent & qui concentibus musicis interfuerunt, diu circumferre modulos illos cantuum: qui nisi rationis arbitrio se permetterent, sponte in numeros & tripudia raperentur. Agitatores ad testatur Bobit.

lib. 8. cap. 5. Αχροάμενοι τῶν μητήσεων, γύναις τάρτες συμπαθεῖς καὶ χωρὶς τῶν ῥεθμῶν καὶ τῶν μελῶν εὐθὺν *Qui audiunt imitationes, convenientes eis efficiuntur, etiam sine rythmis & cantibus ipsi.* Imo tanta est nervorum conspiratio, ut ex adspectu motuum epilepticorum puella eadem correpta fuerit, uti ad oscillationem unius oscitat alter, testibus Ephemeridibus Germanicis in Ann. 4. Observat. 43. De Peste quoque per

per Musicam curata antiquis autoribus traditur: à qua saltem præservari potuisse credibile est: cum per musicam excitati spiritus vividi semper & efficaces, facile dispergerint maligni aëris nebulas, quæ spiritibus per metum, & quietem quasi fixis facilius se insinuant, atque humores & sanguinem ad fermentationem disponunt.

Sed certis instrumentis atque cantibus morbis medicinam fieri posse ajunt quidam. Inter veteres Theophrastus, Hismenias Thebanus, inter recentiores I. Baptista Porta singularem solis tibiis è ligno, plantâ, aut materiâ morbum sympathiâ quâdam relpiciente, confectis, si illæ inflantur, morbis medicinam fieri possi putarunt: ita si ex hellebororo fistula conficiatur, sonitu ejus lymphaticos curari posse existimat Porta, fistulâ ex populo arbore ischiatricos dolores, è cinnamomi cortice animi deliquium. Operose illum refutat Kircherus *Musurg. lib. 9. cap. 8.* ineptam enim hanc musicæ sociationem putat & superfluam, si res illæ virtutem sanandi per se habent, & per applicationem suam. Frustra itaque per plura fieri, quod possit per pauciora & propiora. Sonum tanquam speciem intentionalem nihil addere novarum viuum. Ego quidem plus in his rebus persuasiōni dari crediderim, & vanè multa excogitari, sed tamen rationes Kircheri non omnes probo, ut mirer h̄c se adeò difficultem præbere, qui tamen *cap. 7.* ejusdem libri dixerat:

*Si quis proportionem soni, quā quāq; ad 4 humanicorporia
humores posidet cognosceret, nullum tam obstinatum ma-
lum infirmitatemque ita radicatam fore, quam non sole
bujus soni vis depelleret: & cap. 5. ejusdem libri eleganti
experimento scyphorum vitreorum diversis liquoribus
impletorum ostenderat, quam diversimodè humores in
nobis, pro eorum indole, per musicam moveantur. Et sa-
nè fistulæ in primis, ut è medicis veteribus constat, ad
morbos nonnullos feliciter adhibitæ fuerunt, quorum
exempla diligentissime colligit Caspar Bartholinus libro
de Tibiis s. cap. 2.; non adeò ineptum, si materia non
quævis ad fistulas, sed morbo certo apta sumatur. So-
num enim aliquid è materia trahere negari non potest.
Varie enim ille modificatur pro ejus indole, ut in vari-
arum tibiarum lignearum, metallicarum, ossicularum genere
videmus. Deinde & falsum hoc est: sonum ut speciem in-
tentionalem nihil addere virium. Cum enim sonus per se,
ut notum est, vires incredibiles habeat, quare negemus,
illi vires, si idoneæ materiæ jungatur? Certè in affectu-
um commotione delectus tibiarum, ratione materiæ &
formæ, magnâ cum curâ fuit institutus, & sanè horum so-
norum diversitatem sentire quilibet potest. Si aqua in va-
le ex antimonio confecta vim emeticam statim nanci-
scitur, quidni in fistulâ è simili metallo confectionata aër ali-
quid subtilioris effluvii in spiritus ægrotantis transfun-
dat? Mirabilis certe effluviorum & modificationis har-*

monicae vis est. Sed de his omnibus nihil temere pronuncio, verum ulteriori disquisitioni excutiendum relinquo. Antiquorum ego observata & tradita non usq; adeo spernenda esse existimo. Tibiolâ ex ossiculis regis soricum confectâ, & pelviculâ ejus pelle intensâ mures, tibiolâ ex ossiculis regis serpentum confectâ serpentes congregari quidam existimant. Videantur memorabiles historiæ apud Burggravium in Achille Panoplo pag. 76. & 77. Nec desunt aliæ de tympano è Zisca Hussitarum Dūcis pelle in terrorem hostium confecto, item de muribus & pueris Hamelensibus per certas fistulas evocatis. Quæ pro fabulosis credo multi habebunt, neque ego vera dixerim, nullo edoctus experimento: Quâ enim ratione mortui muris os, per sonum in alios mures agat, nulla vi mentis indagare possumus. Sed illitamen qui præfectè negant, respondeant mihi, quam ob causam ea quæ è lignis vento dejectis fabricantur, semper ingruente vento crepent, quasi scilicet sonus iste primus à vento arboris minima valide perflante produetus, fibris singulis ita sit impressus, ut recurrente vento in partibus audiatur, tranquillo aere sopitus. An forte cum per rupturam illam valide tenduntur, & quodammodo translocantur fibræ totius arboris, aer ille flatulentus se insinuat minimis, & aere ad similem dispositionem reducto interior ille rursus provocatur, ut cum impetu prorumpat? Idem de carbonibus ajunt ex arbore fulmine percussæ factis,

factis, eos semper crepare & sonitus explosivos edere. Quis crediderit solo magnetis affrictu ferrum ita animari posse, ut aliud ferrum trahat & se in septentrionem convertat? Et talium operationum in natura plures esse possunt nondum nobis observatae. Certè si affrictus hoc corporis in aliud efficit, quid non & sono vehementi, qualis à vento a ut fulmine procedit, in tale corpus liqueat? Nos in talibus potius iudicio omni abstinemus, quam ut temerè dampnemus nondum satis explorata. Qui entusiasmo indulgent curationibus per musicam multum tribuunt. Nam & Fratres Roseæ crucis miracula se in morbis per musicam domandis præstare posse gloriantur.

Non subsistere intra naturæ tantum fines creditur sonorum operatio, sed ipsos quoque genios lacescere, imo ipsum nobis Deum jungere: cum enim nihil sit in corporeis, quod magis interiora rerum pervadat, quam radii & soni, hinc Magorum curiositas his potissimum occupatur: nam radiorū collectione longinqua videri posse, irradiationibus gemarum, tanquam primorū corporum, in quibus lux variè modificatur, materiæ subtilibus effluviis permista, in spiritus subtilissimas operationes propagari tradunt. Ita & sonis se immiscere sœpe vel boni vel mali Dæmones, dum vel ipsi illos formant, vel certis quibusdam modulis evocari se patiuntur, vel iis fortassis de-

delectantur. Nihil proprius illos tangere videtur, quam sonus & radius : hi enim quasi sensuum & sensibilium limites sunt, & ad incorporearum rerum naturam & familiaritatem quasi quidam proxenetae. Quæ mole suâ urgunt & urgentur corpora nihil naturæ subtilioris habent. Ideoque cum hoc minimorum motu, quæ quasi in confinio posita sunt, spiritalles operationes jungi verosimilius est. Magorum certe Schola aperte profitetur in Musica & in sonis ut aliquid naturale, ita aliquid divinum esse. Ita enim responderet Jamblichus in *libro de Mysteriis Aegyptiorum cap. 9.* (quem nobis Græcè cum doctissimis notis nuper dedit Cl. Galeus) ad interrogatum Porphyrii, qui de futura prævidentibus & exstaticis dixerat, quosdam ex iis, qui extasim patiuntur, ira affici, quoties audiant vel cymbala, vel tympana, vel certum, quoddam metos, quales sint Corybantes, & Sabazii & Matri Cybeles mystæ. Naturale quid & humanum habet, cum Musica animis nostris perturbationes infest & aufert, temperiem corporis permutat, ad furorem impellit, illumq; sedat, cum diversitas modorum diversitati affectionum consonat (quod de Olympi carminibus comprehendit). Præter illa affinitatem miram esse ait in carminibus, quæ respondent propriis singulorum Deorum ordinibus & potentiis, etiam tunciversi conversionibus & harmonicis conceptibus, qui ab istis coaversionibus profluit. Propter hanc affinitatem, quæ carminibus cum

Diis

Dominus intercedit, ait ipsos statim ita prae*f*entes se sistere, ut de iis participant, qui mediocrem habent ad res similitudinem, imo perfecta statim evadere obfessionem & melioris naturae potestatisque plenioris haustum. Nunquam, dicit, Deorum affiliationem destituere harmoniam divinam, cui cum ab origine familiaris sit & cognita, recte censeatur ab ea hauriri mensuris convenientibus. Ipsam quoque animam, ait, priusquam corpori se insinuaslet, divinam audivisse harmoniam, postquam in corpus devenierit, & ea audiverit carmina, quae divinæ harmoniæ striduras quam proximè repræsentant, ea amplecti, & per ea divinam harmoniam recuperare, ad quam rapiatur & unicè se applicet hauriatque de eâ, quantum capere potest. Docent & S. literæ sa*nt*ique Patres hymnis ita consiliari nobis Deum, & angelos, ut illi præfentes nobis se sistant, ac observatum in moribundis, illos jamjam animam positiros divinæ cujusdam melodizæ quasi sentire præludia.

Solent & Dæmonum malignorum sacris intervenire soni, sed quales in furorem & extasim agere possint. Lappones Magi tympani continuo pulsū (quod ē pinus vel abietis truncō factum, qui se vertit ad cursum solis, id est, quando truncus ita flexas habet ligni fibras, ut flexuræ illæ ab imo percurrentes ad summum à dextra se vertant in sinistram,) tuta & cantibus diu se fatigant, usque dum in ter-

terram quasi exanimati procident, & in illâ spiritus evagatio
ne longe remota contemplantur. Cujus magiae ritus,
apparatum omnem, tympana, eorumque structuram,
prolixe in Lapponiâ suâ Schefferus *cap. 11.* describit,
additis memorabilibus, quæ rem illam confirmant, hi-
storiis. Paracelsus in Hispaniâ visum sibi fuisse me-
morat, qui tintinnabulum ex electro conflatum habuerit,
cujus pulsu & sono varia evocari spectra. Notas enim
quasdam & characteres intus in tintinnabulo exaravit, so-
nituque edito apparuerant Phantasmata, cum vulgo
credatur campanas fugare Dæmones. Memorabilis a-
pud Chinenses ille vasorum sonus, quo audito, maxima
imperio mutatio impendat. Ac refert Martin. Martin.
lib. 5. Hist. Sin. sub auspicio Imperatoris Gueilici novem
illa vasa ab Yvo imperatore fusa è cupro arcana quadam
vi contremuisse, quod imperii collabascentis omen,
habitum fuit. Multa passim apud Autores consignata,
sunt sonorum prodigiorum à spiritibus excitatorum,
exempla, de quibus Cornelius Gemma in *Cosmocriti-
cis suis*, & Loyerus in tractatu de Spectris locupletissimo
libr. 4. cap. 16. plenius agunt. Sed illa hujus loci non,
sunt.

CAP. XVI.

Ad vitrum redit dissertatio. Testes experimenti producuntur. Hamelius, Martinus Fogelius. Vitrum equisonum per alterius è digitis frictu sonum rumpi dicitur. Vires bujus soni debitiores videntur, quam ut vicinum vitrum rumpant. Ipse Scypbus, qui sonat, è digitis affrictu nonnunquam rumpitur. Experimentorum ampliar indagatio suadetur. Conclusio Dissertationis & Excusatio Autoris.

Multa hactenus occasione hujus experimenti, de iis quæ ad soni naturam spectant, sollicitius inquisivimus, sed manus aliquando de tabulâ tollenda est. Finem itaque huic dissertationi nostræ imponemus, ubi primum testes hujus experimenti produxerimus. Primus prodeat du Hamel Philosophus Gallus, qui de affectionibus corporum lib. 1. cap. 7. pag. 173. hæc de eodem Cixi Amstelodamensi narrata, non tamen àuctóris, confirmat: Cum anno superiore, inquit, Amstelodami transirem, id prater cetera me admonuit Vir Clarissimus omni, doctrina genere præfans. Et ab egregia opera qua emisit in publicum notissimus; quandam esse in eâ urbe, media fortis hominem, quis scyphos vitreos, quibus vinnit

Rbe-

Rbenanum infundi solet, sed voce eaque non admodum intenta, sed certa quadam ratione temperata constringeret, idque se vidisse sapius & expertum testatus est. Atque ut audio, res est in ea urbe satis cognita. Hec ille, qui rationem soni nescivit, ut ex addita generalitate apparent: quod scilicet aceris verberato tantum liceat in partes vitri solidas, ut earum contextum perturbet, & suis locis dimoveat: non enim id de omni aere commoto verum est, sed eo tantum, qui certo tono vitrum ferit. Alter etiam auritus testis Vir Clarissimus & communis noster, dum viveret, amicus Martinus Fogelius est, qui in literis Hamburgo missis, de viro Illustri simile adducit exemplum, quod hic adponere non gravabor. Ita habe, (scribit ille) me certissimo pridem compresisse testem, Illustrum Vironum, Albertum Balthasarem Beruhardensem, Dominum Arcis Vandesbakia, dimidia circiter leuabinc distantis (quam Tycho Brabe Vandenburgam appellat) eandem, quam mihi narrasti, sarcem, poculum scilicet vitreum, nescio vero an quolibet promiscue, an certe figura vocis certo sono frangendi optime calliuissa. Cuius specimen etiam amico non multo ante mortem suam exhibuisset, nisi viribus se buiis operi imparem sensisset. Alios tamen facti experimenti plurae licet praevaluerint, istes evolutas habent.

Hh. 2. Aliud. 1. Dum

• Dum hæc scribo, offertur mihi Epistola Amici, qui è viri fide dignissimi relatione, qui id quam sàpissime in peregrinationibus suis viderat, accepisse se asleverabat: rumpi etiam scyphum vitreum posse, si aliis juxta positus scyphus æquilonus digito in gyrum ducto, ad sonum commoveatur: requiri autem toni æqualitatem accuratissimam in scyphis, qualis ægrè in magno scyphorum numero inveniri possit. Tentavi ego in scyphis, qui non nisi dimidio commate dissontabant, & ad unius sonum leviter tantum sonare akerum deprehendi, ut vix persuaderem mihi effectum possem, nisi explorata narrantis fides esset. In iis quia per diapason accuratissimè conveniebant, ne minimam quidem inveni consonationem. Res certe insolita non immerito etiam Danieli Bartoli *tratt. 3. c. 8.* hæc à nobis adducta relatio visa est. Ac sanè si chorda cum areu stringitur, notante Merseño & Dan. Bartoli *tratt. 4. cap. 6.* vibrationes dimidia parte minotes habet, ut non tam fortiter percutiat vicinam unisonam, quam si digito percutiatur, vix fieri posse videtur, ut vitrum, cum digito, qui arcus vice est stringitur, & vibrationes ob perpetuam digiti pressionem quasi retractas habet, vitri alterius æquiloni vibrationes ad rupturam usque commoveat. Ipsum vero Scyphum, cuius ora digito fricatur, facile rumpi posse credo: non enim leviter à sono minima ejus commoventur. Ac observavi in scypho, cui fissura inerat, ad quamlibet digiti circum-

ēum gyrationē longiorem fuisse factam fissuram. Notavit sanè Perrault. lib. de sono. part. 2. cap. 6. scyphum vitreum etiam aquā insula plenum solo hoc fricū rumpi posse.

Cæterum in his experimentis exēcere se amplius possunt, qui otio talia inquirendi non destituuntur. Tentari res cum aliis etiam corporibus sonoris possit: quid e. g. æri campano vel vasis fictilibus accidat; si sex septem tubis vel unisonis, vel per omnia consonantiarum genera consonis ac tonis sibi succedentibus impetantur. Namque ut chordis, ita & corporibus sonoris præcipue majoribus, omnes non solum consonantias, sed & discrepantes tonos inesse quis crediderit. Ego certè in tabulâ vitrâ majori, quæ quadrantis exhibebat figuram omnès inventi sonos graves, acutos, hemitonias etiam consonantia, cum tuba vel clamore provocarentur. Unus autem præcipitus pene circa extremum Quadrantis regnare videbatur, ac diutius motus undulatorios continuabat. Acutiores toni centro propiores erant. Tentari etiam res aliis instrumentis pneumaticis, cornibus, lituis, similibusque possit.

Verum nobis tandem dissertatio illa de vitro rupto abrumpēda est, ne in molem nimiam ex crescatur; aut, quemadmodum Hercules in vasculo Oceanum, ego in scypho hoc

vitreo orbem rerum naturalium circumnavigasse videar. Accipe itaque has qualescumque ratiunculas meas, de sono fortassis sine mente sonos; de vitro fracto, vitrea fracta. Quæ si tuam aliorumque doctissimorum hominum opinionem forte frustrentur, ut ferè eventurum augor, id uni tibi imputes velim, qui ad ista scribenda, autor suasorque fuisti. Veniam tamen, ut autumo, merebimur, si hominem me noscent, qui à quocunque potius doceri cupit, quam ut alios ipse censere ac docere velit: & qui in ipsis studiis non habitat, sed ad eorum fines nonnunquam ut transfuga & explorator accedit.

F I N I S.



ERRATA
extantiora ita emendentur.

- Pag. 5. lin. 8. pro *eum* l. *cum*
p. 43. l. 1. pro *Cotigitatis* l. *Contiguitatis*
p. 51. l. 33. pro *scopus* l. *scopum*.
p. 85. l. 16. pro *possit* l. *possine*
p. 93. l. 17. pro *percipes* l. *percipies*
p. 115. l. 7. pro *cero* l. *certe*
p. 126. l. 9. pro *hypomochilium* l. *bypomechlium*.
p. 129. l. 7. pro *ignotus* l. *ignotum*
p. 171. l. 9. pro *Franciscanus* l. *Franciscanos*.
p. 214. l. 9. pro *Musices* l. *Musices*
p. 233. l. 7. pro *illil. illis*
p. 280. l. 4. pro *confotias* l. *consonantias*.

Klinggedicht.
über
das durch die Stimme zerbrochene
Glaß /
und dessen erörterung.

Was dann? durch einen Ton die Gläser zu zerkerben?
Ist dieses hie/ daß man mit solchem Unterricht
Um ein zerbrochen Glas den Kopf ihm so zerbricht?
Wie bald kan doch ein Glaß; wie bald ein Schall ersterben?

Brechst nur die Hälse nicht. Glaß und Papier verderben
Steht jedem fren. Sonst bricht man nur / und bauet nicht.
Es steht zum Fall und Bruch: Man bricht Wort/ End/ und
Pflichte.

Seht alles durch und durch; es sein zerbrochne Scherben.

Der grosse Häfner hat uns zum Geschirr gemacht.
Ist dieser / jener/ gleich zum feinern Thon gebracht/
Und etwa durch den Glanz zu einem Glaß erläutert:

Was hilftst? bistu gleich Glaß/ du bist nur Glanz und Staub/
Das auch die Lüfft zerschillt. Wir sein der Zeiten Raub/
Wiß der Posaunen Schall diß ganze Werk zerscheitert.

—
— (o) —
—

